B. M. II, 57.
(X 1877331) v. 42. d. 48
B. 8, 20.
II k 307

D. A.

DISSERTATIONEM JURIS PUBLICI

De

# STATU & VETERIS REIPUBLICÆ ROMANÆ & ROMANO GERMANICÆ,

*Conſenſu Magnifici VVitebergenſium Jctorum Ordinis,*

Sub PRÆSIDIO

*VIRI*

*NOBILISSIMI, CONSULTISSIMI ATQUE EXCELLENTISSIMI*

DN. WILHELMI LEISERI,

JCTI & ANTECESSORIS HUJUS ACADEMIÆ FAMIGERATISSIMI, CURIÆ ELECTORALIS, SCABINATUS AC FACULTATIS JURIDICÆ ASSESSORIS GRAVISSIMI, p. t. DECANI SPECTATISSIMI,

*PATRONI AC PRÆCEPTORIS SUI SUBMISSE ÆTATEM SIBI DEVENERANDI*

publicè habebit in Auditorio JCtorum

*horis conſvetis d. 1. M. Febr.*

JOANNES BALTHASAR HIMMELIUS,

CALA-THURINGUS,

AUTOR.

LITERIS MICHAELIS Wendt/

*ANNO MDCLXV.*

1. [illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6900-p0001-5

BIBLIOTHECA PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6900-p0002-0

# CUM DEO!

## *Proœmium.*

Nulla impræſentiarum de antiquâ antiquæ Romæ incomparabili illâ potentiâ, nulla de antiquisſimis ejus virtutibus, nulla quoq; de variis variorum ſuperbisſimis elogiis atq; encomiis, ut ne ſupra plantam, quod ajunt, evagemur, verba facturi ſumus. Et certè quid hoc, quàm λαλεῖν πρὸς ἔχοντα τὴν ἐπιστήμην, quàm τὸ φῶς ἡλίῳ δανίζειν, aliud eſſet? Etenim quotusquisq; datur, qui Cymmeriis adeò implicitus tenebris, ac omnis prorſus hiſtoriæ inops ſit, ut etiam id, quod nulla non mundi pars jugiter admiratur, noſſe nequeat? Quis populus, (Muret. *in orat. 2. exord. par. 1. Orat.* de Venet. Rep.) quæ gens, quæ hominum natio, vel tam immanis atq; barbara, vel tam inculta diſciplinis, quam non Roma non gloriâ modò & ſplendore nominis ſui, verùm etiam admiratione compleverit? Illa eſt, quæ ipſius Apoſtoli voce laudata: quâ nulla unquam Resp. nec major, nec ſanctior, nec bonis exemplis ditior fuit, *Liv. Dec. 1. l. 1.*: quippe quæ legem patria, *Nov. 9. in præf. & l. 7. Omnes dies. C. de fer.* Illa eſt, quæ caput orbis audit ab Imp. Zenone, *l. Nemini. 3. ver. Quoniam verò. C. de Coss. &c.*, *confer § Sed & ſi. 10. Conſt. de Concept. ff. ad Tribon. & Liv. l. c. p. m. 20.*, *Plin. l. 3. N. H. c. 5.*, Urbs æterna eſt Impp. Honorio & Theodoſio, *l. un. C. de privil. corp. U. R.*, *l. 1. Porcinarii. C. de Suar. &c. confer Tibull. l. 2. Eleg. 5.* Mundi miraculum, arx nationum ac Regum eſt. *Lipſ. Admir. l. 1. c. 2. p. m. 3.* Totius terræ habitatæ compendium eſt. *vi. Athen.* Δειπνοσ. *l. 1. c. 15.*

Terrarum Dea gentiumq; Roma *eſt*,
Cui par eſt nihil & nihil ſecundum. *Martial.*
Omnia Romanæ cedant miracula terræ.
Natura hîc poſuit, quicquid ubiq; fuit. *Proper. l.3. Eleg. 21. v 17. & 18.* Et, quis præconia, quibus Urbs fulget, omnia proferre potis? Valentiæ noſtræ, *Solin. c.1.*, alia ornamenta lege ſis, ut innumeros alios hôc locô taceam, præprimis *in Mur. l.17. V. L c.12., Magiô l.4. Miſcell c.5., Bodin. de Rep. l.1. c.9., Mart. de juriſd. par.1. c.10. n.11., Zach. Viet. de cauſ. Exempt Imp concl.1., Heinſ. Or.10. &c. &c.* Cùm verò nihil, ſimul ac natum eſt, ex omni ſtatim parte etiam perfectum, Romæ quoque incunabula multùm quidem exilia fuere. Teſtatum idem ire videmus tum tantam Græcorum cohortem, tum verò maximè tantam Rom. ſcriptorum turbam. *vi. Dionyſ. Halicar. A. R. l.1. c.2., Plutarch. in vit. Romu., Apollodorum in Euxenide, Strab. l.13. p. m. 565. & quos longô ordine enumerat Onuphr. Panvin. l.1. comment. Reip. Ro. vi. Liv. l. c., Cic. de Conſ. Mo., Sal. in B. C., Juſtin. l.4., Flor. in Prol., Plin. d. c., Al. ab Al. G. D. l.4. c.16., Eutrop. l.7., Paterc. l.1. &c. &c. confer Sleid. l.1. de 4. S. I., & Jul. Reinecc. Vol.1. à fol.588., & Valent. Forſter. de I. R. Exor. n.1. vi omnino Joa. Roſ. A. R. l.1. c.1. & 2. & ad ea Thom. Dempſterum confer præprim. Nicola. Myler. de Princ. & ſtat. Imp. R. G par.1. c.1. Engelb. Abb. de ortu & fin. R. Imper.* Verùm enim verò quantulumcunq; iſtud primum Romæ elementum, & quantuluscunq; iſte primorum incolarum numerus fuerit, usq; adeò tamen brevi increbuit, ut etiam Eoo ac Heſpero (mirifica ſanè fortuna) metum plusquam gravem ſubitò attulerit. Νῦν ἡ Ῥωμαίων πόλις, *inquit Halicar. in proœm. paul. poſt init.*, ἁπάσης μὲν ἄρχει γῆς. *confer Polyb. l.1. poſt init. ac l.6.15.* Quieſcere enim citiùs victrix aquila non potuit, quin armis aut armorum terrore percelleret, quantum ad Orientem eſt, & quantum Occidens reſpicit, quantumve ex utriusq; lateribus eſt. *vi. Zach. Viet. l. c arg. proœm. I. §. quorum., Nov. 9. in præf., Nov. 26. c.2., Nov. 24. in præf., Conſt. de J. C. C. ad Menn. in pr. confer Gloſſ. in c. Venerabilem, Bald. in Aut. habit. Ne fil. propat. Bart. in l. Hoſtes 24. de captiv. & poſtl. rev., Liv. l.4. & 7. Flor. l.2. c.1. Caſp. Fac. Pol. Liv. par.1. arte 15. & 16. Paurm. de juriſd. l.2. c 1. confer Dn. Myler. l. c. ubi præter al. citat Fulv. Pacianũ de probat. 2. c.26. n.24., & incomparab.*

*Herm.*

*Herm. Conring. de Germ. Imp. Rom. c. 2.* Tantillas (perpende) familias tantum ac tam immenſum excepit Imperium. Hinc poſtmodum ditio Romanæ civitatis non amplius, *utì in l. Urbis appellatio. 2., l. Ut Alfenus ait. 87., l. Ædificia Romæ. 139., l. Qui in continentib. 147. de V. S. & l. Nam quod liquidæ. 4. ff. de pen. leg.*, Roma Urbs murô cincta, ſed orbis Rom. appellitari conſvevit. *l. In orbe Ro. 17. ff. de ſta. ho. vi. Cic. Phil. 2. & ad eand. Gotofr. comm., Caſſiod. l. 3. Ep. Var. pen., Salvia. Maſſil. l. 7. de verô Dei jud., Hegeſipp, l. 2. c. 9. & Franciſc. de Amaya citante My. c. l. c. 6. n. 6.* Quemadmodum autem omnis Reſp. ex duobus potiſsimùm vinculis, unô poteſtatis, alterô ſubjectionis, & duobus membris, unô eorum, qui præſunt, alterô, qui ſubſunt, conſtat; *Ariſt. Pol. l. 1. c. 3., Bodin. l. 3. de Rep. c. 5., Joach. Steph. de jurisd. l. 1. c. 1., Herm. Kirch. de Rep. Diſp. 2 th. 1.* (quod enim navis absq; navarchâ, id populus ſine gubernatore eſt. *Simanc. de Rep. l. 5. c. 1. & 2., Hotom. de ju. R G. l. 1. c. 19. & 23., Franciſc. Patrit. Senenſ. de Regib. & Regn. inſtit. l. 1. t. 10. & 11., Roſſæ. inſt. Reip. Chriſtia. in Reg. & Imp. aut. l. 1. c. 1.*) ſic Romanus etiam orbis, quantus quantus is fuerit, nunquam omnino Anarchiâ, quæ, quàm Tyrannis, majus malum, *Schard. in Lex. jur. ſub vo. Anarch. p. m. 81. B. & Dn. Becker. in Synopſ. jur. publ. proœm. confer. Joan. Bod. de Rep. l. 6. c. 4. circa pr. n. 192.* contaminatus eſt; ſed perpetuò ſuum habuit magiſtratum. Aliô quidem atq; aliô tempore alius ille atque alius fuit. Inde eſt, quod dicitur, non unius generis Reip. Rom. ſtatum fuiſſe. *Valent. Forſt. l. c.* Huncce Imperii Rom. ſtatum (ad rem meam ocyus, ne multijugâ meâ præfatione incongruè horas fallam, advolo) breviore nullisq; de loquendi Veneribus ſollicitô ſermone (neq; etiam hoc ſcribendi genus gravisſimum characterem, & plùs quàm operosâ operâ politum cothurnum admitttit.) hôc locô perſequi, mihi animus eſt. Propoſitum ſecundet is, per quem jura Imperii ſuſcipit Imperator, *l. In nomine Domini. 2. C. de Off. Præf. Præt. Afr., l. Deo autore. 1. in pr. C. de V. I E. Nov. 28. c. 4., & Nov. 47. c. 1. §. ſi qua vero. 1.*, & ſtatum Reip. ſuſtentat, *d. Conſt. de Concept. ff. ad Trib. in pr.*

Quoniam vocabula ſunt notæ rerum, *Ariſt. de Interpr. c. 1. & 2., & l. 6. Top. c. 1. & 6., Herm. Vultej. ad §. ſi quis 13. I. de Legat.*, atq; à nominibus rectè auſpicamur, ex *Scal. Exerc. 356. Sect. 1. Dn. Arum. Diſc.*

 Aca-

*Academ.de I.P. vol. 5. Diſcur. 1. c. 1. prin. confer. Scal. Exerc. 5. ſect. 1.* nos, ne communem ordinem negligamus, priùs ponemus, quàm ipſum Reipub. Rom. ſtatum in medium producamus, quid per eandem vocem indicatum eamus. Status pro varietate rerum, quibus applicatur, varia denotat. *vi. poſt Joan. Limn. l. 1. de I. P. c. 10. num. 1., Lexicogr. & imprimis Dn. Buchn. ſub vo. ſto. & Politicos: junct. Flor. l. 4. c. 3.* Miſſis hîc reliquis ſignificationibus nos vocabulô ſtatûs non, quod Juſtinianus in definitione juris publici, *I. de I. & I. § Hujus ſtudii. ult. atq; ff. eod. l. 1. §. Hujus ſtudii. 2.*, volumus, ſed Reip. formam, &c. *cum Pompon l. Neceſſarium itaq; 2. ff. de O. I. §. Et cùm placuiſſet. 24., Herm. Kirchn. de Rep. Diſp 3. ad th. 1. lit. A. ac Felwing. Diſſert. Pol. de Interreg. §. 6. p. m. 650. Ita quoq; uſurpat Arniſ. in inſcr. c. 6. ſect. 3. l. 2. de Rep. & Crug. in Colleg. Pol. th. 43. Diſp. 3.* Secundùm huncce de Rep. rectè judicatur. Non enim, benè cenſet *Chriſtoph. Beſold. in Op. Pol. Diſſert. de Monar. gener. c. 2. num. 2.*, ex gubernandi ratione Reſp. definienda eſt, ſed penes quos ſumma illa Imperii ſunt jura, & ipſa abſoluta poteſtas, ſecundùm illos de ſtatu Reip. ſtatuendum erit. *confer Arnold. Clopmar. l. 6. A. R. c. 15.* Nam Reip. ſtatus Regalis eſſe poteſt, gubernatio tamen popularis futura eſt, ſi Rex omnia Imperia, Sacerdotia, pœnas &c. omnibus ex æquô diſtribuat. *Bodin. de Rep., qui falſo jactat, ſeſe primùm hocce obſervaſſe, cùm tamen jam dudum ante aliquot ſecula ipſum ante Ariſtoteles l. 4. Pol. c. 5. idem docuerit, l. 2. c. 2. 189 & eod. l. c. 7. n. 233.* Reliquas τοῦ ſtatus conſiderationes relinquimus, qui vocabulorum anatomias in delitiis habent, Grammaticis, genti iſti contentioſæ. *Magnific. Dn. Caſp. Ziegl. Diſp. de conditi. th. 7.* Status à quibusdam, *ex quibus Kirchn. d. l. th. 2.*, bifariam conſideratur; ſecundùm quantitatem Reip., & qualitatem. Ἔστι δὲ πᾶσα πόλις ἐκ τοῦ ποιοῦ καὶ ποσοῦ. *Ariſt. l. 4. Pol. c. 12.* Nos reſpectu priore, quippe qui inſtitutum noſtrum nihil adjuvat, remotô ad alterum oculos directuri ſumus. Conſiſtit autem ſtatus ἐκ τοῦ ποιοῦ in ipsâ Reip. majeſtate imperante. Hâc ratione Reſp. vel ſimplex (cujus Monarchia, Oligarchia generatim vocata, ac Democratia, ſpecies) vel miſta eſt. Et hæc ſunto de notatione ſtatûs generatim. Propero jam ad ſtatum Rom. Imperii. Hujus ad optimam cognitionem requiritur accurata temporum, quibus mutatus ille fuit, diſtinctio. *Arniſ. Doctrin. Pol. l. 1. c. 8.* Occurrunt autem penitius perſpe-

ſpectanti quatuor utique diverſa tempora. *Dn. Wendeler. Philoſ. Pract. l. 2. c. 4. ſect. 1. quæſt. 2.*, Schönborn. *Pol. l. 5. c. 1. 2. & 3. confer Flor. in Prolog.*, *Juſt. Lipſ. de M. V. P. R. atq; Ro. hiſtoricos quoslibet.* Toties n. παμβασιλεία Rom. (ità Pompejus appellavit Romanorum veterum ſummum ac univerſale imperium. *Reinbar.* König *in Theatr. Pol. Tripar. par. 1. c. 15. n. 1. ex Hermann. Kirchn. de Rep. Diſp. 3. Coroll. 6.*) planè mutata. *confer Machia l. 1. diſp. de Rep. c. 2. fin.* Conſtabit ergò diſcurſus noſter quinq; præcipuis capitibus, quorum

in primo acturi ſumus de ſtatu Imperii Rom., qui fuit ſub Regibus,
in ſecundo, qui ſub primis COSS.,
in tertio, qui ſub Tribunis pl.,
in quarto, qui ſub Imperatoribus,
in quinto, de modernâ Reip. facie.

## CAPUT I.

# DE REGIBUS.

ROmani Imperii ſub Regibus ſtatus fuit quàm maximè Monarchicus. *expreſſè Joan. Cuſpin. in præfat. libri de vi. Rom. Imp. & Eraſm. Ungeb. Exer. Juſt. 2. q. 4 p. m. 54. vi. l. Neceſſarium itaq; 2. de O. J. §. Et quidem. 1. & §. Quod ad 14. ead.*, *Tacit. l. 1. Annal.*, *Juſt. l. 1.*, *Polyd. Verg. de R. I. l. 2. c. 3. p. m. 114.*, *Halicar. l. 2. c. 1.*, *Althuſ. Pol. c. 32. p. m. 459.*, *Herm. Kirchn. l. c.*, Schönborner *l. 5. Pol. cap. 1.*, *Cruger. in Colleg Pol. Diſp. 4. th. 7.*, *Arniſ. l. c.*, *& de Rep. l. 2. c. 6. ſect 3. n. 3.*, *Reinh.* König *l. c.*, *Wendcler. l. c.*, *Hieron. Henning. Geneal. Tab. tom. 4. in præfat. ad Lect. p. m. 644. & M. Zuer. Boxhorn. Diſſert. Pol. de Imperio Rom. 1. in pr.* Quando verò Monarchæ titulô Rom. Regem nos notamus, non ſimpliciter, ſed certô aliquô modô id intellectum volumus. Benè ſatis, arbitror, nota eſt illa Monarchiæ diſtinctio, *quam habet Jacob. Martin. Pol. l. 2. c. 3. confer Carpz. de L. R. G. c. 13. ſect. 7. n. 11. & 6. eod. ſect. 10. num. 5.*, quâ ead. vel Theologicè, vel Politicè ſumitur. (*Wendel. in Diſp. quâd. de V. R. R. V. & Q. M. M. §. 4. Witeb. A. b. ſ. 55. habitâ docet*, Monarchiam eſſe vel Chronologicam, quæ ipſi eod. m., quô Martinio & Carpz. Theologica, definitur, & Politicam)

Theo-

8. Theologicô ſenſu accepta Monarchia nulla prorsùs datur alia extra eas, de quibus vaticinium *Danielis c. 2. & 7.* Ergò ſic dictæ tantùm quatuor in universô terrarum orbe exſiſtunt: nempe Babylonica, (cui etiam nomen Chaldaicæ & Aſſyriacæ) Perſarum ſeu Medorum, Græca ſeu Macedonica, & Romana. *vi. Tobia. Wagn. in Inſt. Hiſt. l. 2. c. 1., Chriſt. Matthi. in Theatr. Hiſt. p. 1., Petræ. in Enchir. Pol. par. gen. c. 3 th. 1.. & Dn. Beſold. de Jurisd. Imperii Rom. q. 2., nec non Dn.* Königen *l. c. c. 20. n. 2.* Hôc modô Reges Rom. nobis non ſunt Monarchæ. Ajimus enim, quod ſi C. J. Cæſar demum annô poſt Reges minimùm quadringenteſimô & ſexageſimô, *ſecundùm Helvici ſupputationem in Theatr Hiſt. Tab. m. 22.*, à Græcis ad Romanos victô à ſe Ptolomeô Monarchiam ſenſu Theol. acceptam tranſtulit, utique Monarchæ modô dictô dicti nomine Romulus appellandus nobis haut veniet. Atqui de Cæſare, quod ſcribimus, verum eſt, teſtantibus id Hiſtoricis omnibus, omnib. penè. *vi. Oroſ. l. 6. c. 16., Sletd. l. c. p. m. 97., Wagner. l. c. l. 5. c. 1. p. m. 308. confer ipſ. Cæſ. de bell. Civ., Strab. l. 17., & Hirti. de Bell. Alexandr.* Prolixiùs idem *infrà in c. 4* evincemus. Politicô verò loquendi modô Romulum ejusq; ſucceſſores Monarchas fuiſſe, quis, qui ſalis penitus non egens, & mentis eſt non iminutæ, negat? Hôc modô Monarcha cognominatur, *juxta d. D* §. *8.*, quicunq; in certô quôdam terræ tractu paucis etiam familiis imperat ſolus. Et hôc ſenſu Monarchia definitur Reſp., in quâ ſumma poteſtas eſt penes unum. *vi Ariſt. l. 3. Pol. c. 7. & c. 14., Bod. l. 2. de Rep. c. 2. & l. 6. c. 5., Barthol Keckerm. Diſp. Pract. 19. th. 38., Althuſ. l. c. & l. 1. Dicæol. c. 32. n. 20., Beſold. in Diſc. Pol. de Monar. gener. c. 3. n. 4., Schard. ſub vo. Monar. p. m. 419.* Ità centum, imò plures, Monarchas unô tempore in diverſis mundi partibus ac locis imperantes numerare poſſumus. *Bodin. de Method. Hiſtor. c. 7., de Rep. c. 1. l. 4. confer Arum. l. c. Diſcur. 2. poſt pr. p. m. 42.* Summum hujusmodi Monarchiæ requiſitum eſt, ut unus ſolus rerum ſummæ præſit. *Crug. l. c. th. 6.* Id quod ex ipsâ nominis notatione fluitat. Ideo duorum Imperium, ſeu Duumviratus &c. Ariſtocratiæ quædam ſpecies, *ſentiente Beſold. l. c. poſt Bod. l. 1. de Rep. c. 11. n. 187. & l. 4. c. 1. n. 368.* quia neuter inibi alterius imperiô tenetur, neuterque ſine alterius conſenſione imperare poteſt; ſed utriusq; ſumma poteſtas. Et inde neuter eſt Monarcha. *vi. Arniſ. l. 1. Doctr. Pol. c. 9.*,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6900-p0008-3

*c.9., Crug. l. c. §.7. & ſeqq., Petræ. l.c. c.3. §.3., Dn. Wendel. l.2. Philoſ. Pract. ſect. 1. c.4. §.3., Jac. Mart. l.2. Pol 3. in anal. defin. Monar., Bod. d. l.2. c.2. de Rep., Cic. l.1. Off., Minut. Feli. in Octav., Senec. in Thyeſt. act. 3. v.445., & in Agamemn. act. 2. v. 259.* Sed videor propemodum ἐξημαξωμένος. Summum ergò Monarchiæ requiſitum, de quô proximè, quod attinet, illud Romanorum Regum jugiter ac ſtrenuè ſemper quilibet obſervavit. Nullum, inquam, unquam illi, ne verè hôc modô atq; omnimodè Monarchicè regnare nequirent, in Regnô ſuô admiſere ſocium. Juſtisſimè, ſapientisſimè. Namq;

Nulla fides Regni ſociis, omnisq; poteſtas
Impatiens conſortis &c. *Lucan. de bell. civ. l.1.*

Graviora, crede, quàm ut h. l. à me enarrari posſint, quæ ex Duumviratu, Triumviratu &c. naſcuntur, pericula ſunt. Illuſtrat hoc hiſtoria ex Seren. Comment. *apud Stob. Serm. 45.* Apharei & Leucippi exemplô probat *Pauſan. l.4.* Hinc ex Ro. Regib. primus, Romulus, Tatio mortem intulit, *Plutar. in Romul.*; imò verò ipſi adeò fratri ſuo germano Remo: *l. ſi quis violaverit. 11. ff. de div. re. Bod. de Rep. l.4. c.1. n.367. Halicar. l.1. c.11., Flor. l.1. c.1. Lucan. l. c.1. Onuphr. in civ. Ro. poſt. init., Liv. l.1. Decad. 1. p. m. 9.; vi. Dn. Beſold. in Tract. jur. publ. poſthumô, par. 1. in proœm. p. m. 6.* Quid obſtat igitur, Noſtros quo minùs Monarchas appellitemus? Profectò, qui, (liceat mihi id, quod vel ſolum Monarchiam conſtituere potis eſt, ἄνευ ἀκηδίας ſecundùm repetere) nullum nō penes quem unum ſumma Reip. poteſtas Monarcham eſſe, non neſcis, quod nos aſſeveramus, ire inficias neutiquam poteris. *vi. Herm. Kirchn. de Rep. l.c.* Nobis non obeſt, quod *Pompon. in d. l.2. ff. de O. I. d. §.2.*, Romulum leges curiatas ad populum tuliſſe, ſcribit. Ità Rex non debuit, ſed voluit. Certè comitia autoritate ipſe ſuâ regebat, ac Decretis vel pondus demebat vel addebat, *prout ex Halicar. l.2. Arniſ. conteſtatur.* Fecit Romulus, puta, quod ſapientia, non quod populus, jusſit. Solet enim probus quicunq; Rex, quas populo ferre cogitat, leges in commune priùs conſilium deducere, & ut gratiùs recipiantur, firmioresve radices agant in animis ſubditorum, cōmuni conſenſu corroborare. *vi. Arniſ. de Rep. l. c. n. 5. & 6.* Eadem Servii Tullii cauſa fuit, *quem Halicar. l. 4. c.2. ait*, leges quinquenginta illas, quas de contractib. & injuriis tulerat, ratas

feciſſe curiatis comitiis. Quod Marcus Fabius Papyrio Dictatori objicit *ap. Liv. l. 8.*, Hoſtilium ceſſiſſe provocationi ad populum, perperam accipit indulgentiam Regis pro lege neceſſariâ. Nimirum id Tullus Rex non de jure, *quemadm. factum excuſat. Arniſ. in Doctr. Pol. c. 8.*, ſed remittens de ſuâ poteſtate fecit, ut crudelitatis, ſi damnaret, injuſtitiæ, ſi abſolveret Horatium, notam effugeret. *vi. Liv. l. 1. Halic. l. 3. c. 5.* Videant propterea iſti, qui ex eâ ratione populo jus provocationis largiuntur, eidemve obnoxios & Servii anteceſſores & ſucceſſores faciunt, quô errorem excuſent. *vi. Valent. Forſt. l. 1. Hiſt. J. C. R. c. 20., & Coraſ. ad d. l. 2. de O. I. §. Exact. 16. Nota h. l. immaturè ac parùm opportunè ab Arniſ. l. c. Bodin. l. 1. de Rep. c. 10. perſtringi. vi. ipſum l. c. n. 160. circa fin.* Hîc etiam non eſt, cur fortè quis nobis exile primorum Regum territorium (*quod ſeptendecim, uti Sextus & Auguſtinus menſurant, quin imò vix quindecim milliaria, ſi Eutropio tribuenda fides, latum fuit. Stad. ad Flor. Prol. n. 5.*) opponere velit: quando Reſp. non ex divitiis aut egeſtate metienda. Jura Majeſtatis, *Joan. Bod. de Rep. l. 1. c. 9. n. 143. confer. Henning. Arniſ. Doctr. Pol. c. 7. p. m. 149. & ſeqq.*, non locorum ſpatiis, aut regionum amplitudine definiuntur. Majeſtas non recipit magis & minùs. Non minùs Rex erat Emathion, anguſtis incluſus pagis, *Juſt. l. 7. vi. Herodot. in Uran.*, quàm Alexander M. qui totum ſibi videbatur debellaſſe orbem, *Curt. l. 10. Hiſt. 1. Plut. in vi. Alex.*, *M. A. Sen. Svaſor. 1.* Eumenes, tametſi ejus vires adeò jam confregiſſet Aſiæ Rex Antigonus, *Plut. in Eumen.*, ut nihil præter arcem, in quâ obſidebatur, ſuum dicere poſſet, *Bod. l. c.*, nihilominus abſolutiſſimum tamen ſeſe Regem æſtimabat; ſuperiorem, *reſpondebat Antigoni Legatis cum ipsô de pace agentibus*, ſe neminem accepturum, quàm diu gladium exertum manu teneret. *leg. Sen. in Thyeſt. v. 345.* Fuit eam ob rem Romanorũ ſub Regibus ſtatus Reip. Monarchicus ac ſimplex. Sed enim confeſſo meo minimè officit, quod legitur *in Dionyſ. Halicar. l. 8. c. 1.*, Coriolanum (qui ob ſuſpicionem affectatæ tyrannidis in perpetuum exilium à Romanis pulſus Volſcis Romæ hoſtibus ſeſe conjunxerat. *Halic. l. 8. prin. & Liv. l. 2. & Gell. l. 17. c. 21. propterea ingratus à Sen. l. 5. de Benef. c. 16. dicitur.*) *in orat. ad Volſcos* dixiſſe; P. R. principiò formam Reip. habuiſſe miſtam ex poteſtate Regiâ ac Optimatum dominatu. Quid enim

renuen-

renuente Romulô Magiſtratus, quem voce optimatum Coriolanus exprimit, Rege ſuô omnibus gradibus & nominibus minor atq; inferior, potuit? Quid, quàm Regis juſſa exequi, aliud potuit? Sanè primus Romanorum Rex Senatoribus ſive Patribus, quos Optimates *l.c.* Coriolanus appellat, quid judicarent, & quid minùs, pro lubitu ipſe præſcripſit. *vi. Forſt. l.c. l.1. c.6. n.3.* Senatores, *idem JCtus de Jurisd. R. l.1. c.3.*, tantùm de leviorib. delictis decernebant, de gravib. Romulus. Id quod pateſcit *ex l.4. Romuli*, quæ hæc fuit, (*Halicar. l.2. c.2.*) gravia Rex, Senatus levia cognoſceret, Senatum cogeret, populum in concionem convocaret, priùs ſententiam diceret &c. *vi. Val. Forſt. l. c. ad d. l.* Porrò Coriolanum manifeſtisſimè refellit expreſſa *ap. Halic. l.c. c.1.* Romanorum oratio, quâ *Ro*mulo, quisnam *R*eip. ſtatus placeret, quærenti, omnis populus unô ore reſpondit inter alia; ſeſe, quàm pluribus uni parere malle. Soli inſuper, ſolâve ſuâ freti autoritate *R. R*eges univerſalem legem tulerunt; quod omnium & JCtorum & Politicorum confesſione longè maximum Monarchicæ Majeſtatis indicium eſt. *vi. Liv. l.6. & l.34. ubi legum Regiarum mentionem injicit. Lyclama l.7. Membran. Eclog.9. Ità legitur l.2. §.2. d. O.1., & l.2. d. mor. infer.*

Agnoſco crines incanaq; menta
Regis *R*omani, primus qui legib. Urbem
Fundavit. *Virg. l.3. Æn. v. 816. & ſeqq.*

*vi. Plut. in Rom. & Halic. cc. cc. Conſule omninò Roſin. l.8. A. R. c.5. & Dn. Ungeb. l.c.* Modus autem iſte regiminis, quem Monarchicum probavimus, in *Ro. R*ep., utpote qui tranquillisſimus, *Hippol. à Coll. de Pr. c.1., Jun. part. 1. Pol. l.4., Caſus l.3. Sphær. Civ. c.7.*, & optimus, *Petr. Greg. de Rep. c. 3. & 4. l.5., Simanca de Rep. l.3. c.2. & 3., Thom. Morus l.1. c.2., Lipſ. l.2. Pol. Mon. c.1., Ariſt. l.5. Pol. c.10., Donell. l.1. Comment.1., Jac. Alemann. Conſult.4., Velſten. cent. quæſt. Pol. Dec.7. θ.3., Chokier Aphor. Pol. l.1. c.3.*, ſalvus ab omni miſtione duravit ad ſeptimum ac ultimum usq; *Ro. R*egem L. Tarquinium Superbum, *Flor. l.1. c.8. & 9.*, cui populus ex inſanô furore ob tot ac tanta ſcelera, & pudicitam Lucretiæ à filiô Sextô Tarquiniô atrocisſimè violatam, ex itinere quôdam reduci (*ità narrat rem Liv. l.1. circa fin., ubi benè prolixus*) portam clauſit, regnumq; eidem abrogans exilium indixit. Hôc factum fertur A. U. C. 244., *quod ſi fidem concedimus*

*dimus Oroſ. l.2. c.5. ex Liv. l.c. Onuphr. in Civ. Ro. in pr., Sleidanoq; de 4.S.1. l.1.* Ità enim, *inquit Joan. Stad. ad Flo. Prol. n.5.*, ſumma annorum colligitur ex annalib. Coss., & numeris Triumphorum, h. e. ex monumentis calculandi priſcorum tempora, eaq; dirigendi, fidisſimis. Nam quòd annum unum ſubducunt Eutropius, *R*uffus, Solinus, & Euſebius, eò referendum eſt, quòd nonnulli *R*egum ſupra integros annos menſes & dies aliquot regnarunt, illasq; anni partes, quæ collectæ annum explerent, ùt contemnendas, ipſi præterierunt. *Pauca adhuc prius quædam, quàm hinc omninò abeamus, huic capitulo addere collibet.* Monarchia in tres quaſi formas diſtributa eſt, *R*egnum, Dominatum, Tyrannidem. *Petr. in Enchir. Pol. par. gen. c.3. §.4.* Arniſæo *l.1. Doctr. Pol. c.7. Monarchiæ genus eſt*, R. D. & T. ſpecies quaſi ſunt. *Poſteum et. Jacob. Mart. Pol. l.2. c.7.* Sive modos, ſive formas, ſive ſpecies nominaveris, nobis h. l. cum Petræô *l. c. ad §.4.* perinde eſt. *R*egnum definimus Monarchiam bonum publicum omnimodè ſpectantem. *Crug. Colleg. Pol. Diſp.4. θ.14.*, Dominatum Monarchiam, quæ primariò ad ſalutem Principis, ſecundariò verò & ex conſequenti ad publ. utilitatem dirigitur, *Mart. l.c. c.9.*, & Tyrannidem Monarchiam bonum privatum ſolummodo ſpectantem, commodô publ. planè neglectô. *vi. Ariſt. l.4. c.10., Tholoſ. l.4. c.18. de voc. Tyr. vi. Ludov. Cæl. Rhod. Lect. Ant. l.22. c.22.* Hîc jam, poſtquam ſuprà monſtravimus Monarchiam ſub *R*omanorum *R*egibus, quærimus, quæ Monarchiæ forma ſtatui *R*egib. capulum tenentib. *R*eip. *R*omanæ conveniat? *R.* Non convenit Dominatus, (Non moramur ſingularem quorundam vocis Dominatus acceptionem) cùm *R*egum quilibet, ſolum Tarquinium Superbum, (*R*egem poſtremum. Namq; *Cuja. oſtendit prolixè*, Priſcum quoq; ſæpisſimè ſuperbum dictum, *in Comment. ad l.2. ff. d. O. I. habit. in fin. l.24. Obſervat.*) qui *R*egium titulum exoſum vitiis ſuis prorſus fecit, *Plut. in vi. Valer. Public. poſt init., Dionyſ. Halic. l.5. c.11., Luc. Flor. l.1. c.9.*, ubiq; & per omnia eximo, omni operâ publicam intenderit ſalutem. Id quod hiſtoriæ *R*omanæ volumina fuſisſimè probant. Habuit *R*oma *R*eges vel Fatorum induſtriâ, ut *R*eip. ratio ac utilitas poſtulabat. *Flor. l.c. c.8.* *R*omulus à quô ſeſe *R*omani denominarunt, *Halic. l.2. c.1.*, quantum ſuis profuerit ſubditis, nemo, ni fallor, tam *ἄμυσος* atq; jejunus datur,

hoc

hoc qui ignoret. Quid verò Numâ religioſius? Et talem res poſcit, *verba ſunt Flori. l.c.*, ut ferox populus Deorum metu mitigaretur. Quid ille militiæ artifex Tullus? Bellatoribus viris quàm neceſſarius? Ut acueret ratione virtutem. Quid ædificator Ancus? Ut urbem Coloniâ extenderet, ponte jungeret, murô tueretur. Jam verò Tarquinii ornamenta & inſignia quantum principi populo addiderunt ex ipsô habitu dignitatem? Actus à Serviô cenſus quid effecit, niſi ut ipſa ſeſe noſceret *R*eſp.? Quod ſi ergò dicto ſtatui non Dominatus, minùs ſanè Tyrannis applicanda. Supereſt *R*egnum. Hoc eſt, cui nos locum damus in illô illius *R*eip. ſtatu. Attendimus autem hîc propriam ſignificationem, quemadmodum ſuprà nos idem deſcripſimus. Improprias leges in *Ariſt. Pol. l.3. c.7.12. & 14. confer Dn. Wendel. Philoſ. Pract. l.c. in Explic. §.5.* Scilicet nobis *R*ex eſt qui ad publicam incolumitatem dirigit omnia. *vi. Hier. Præt. Pol. l.2. ſect.1. c.1. membr.1.* Noſtram ſententiam, ni inſtitutum noſtrum nosmet dehortaretur, firmisſimis, robuſtisſimis, iisq; plurimis firmamentis conſtabilire non nequiremus. *vi. Jac. Lampad. de Rep. Rom. Germ. par. 2. n.2.*

*CAPUT II.*

# DE PRIMIS COSS.

EXulib. exule Tarquiniô *R*egib. factis ſtatus Ro. *R*eip. Monarchicus in alium prorſus translatus eſt. Comutatur *R*esp., quando ejusdẽ forma ad miniſtrationis mutatur in aliam. *Dn. Mich. Wend. d. Diſp. §. 10.* De quâ *R*eip. commutatione omnimoda corruptio perpetuò prædicari nequit. Siquidem *R*espubl. Recta non tantùm in corruptam, ſed Recta quoq; in Rectam interdum abit. *leg. Cellar. Pol. c. 20. l. 2. p. m 322.* Negandum quidem non eſt, corruptionem *R*eip. in laxiore ſenſu à quibusdam uſurpari, ità ut *R*emp. corrumpi dicant, quandocunq; alia mutatur in aliam. *Cell. l.c.* Ariſtoteles tamen *l. 8. Ethic. (cita. Cell.) c. 12.* φϑορὰν vocat παρέκβασιν, transgresſionem, i, e, *R*emp. ex Rectâ prolapſam, *uti Interpp. vertunt.* Nos de Rom. Rep. locuturi, quàm corruptionis, mutationis voce potiùs utemur. Statuimus, toties *R*emp. mutari, quoties ejusdem planè commutatur adminiſtrationis forma in formam aliam. Formam intelligimus tum eſſentialem, tum accidentalem. *vi. d. Diſp.* Accidentaliter *R*esp. mutatur, quando Recta, ut *R*egnum, tranſit

tranſit in corruptam, v. g. Tyrannidem. Quam tamen non tam benè quis dixerit mutationē, quàm quidem imperfectam quandam *ἀλλοίωσιν cum Joan. Bod. l. 4. c. 1. n. 368. de Rep.* cum ſtatus *R*eip. prorſus non commutetur. Ἀλλοίωσιν iſtam, minùs latinè Bod. alterationem appellat. Eſſentialiter verò, quando *R*ecta in Rectam, formaliter à priore diverſam, aut Corrupta in Corruptam etiam formâ à priore differentem. Sic Principatus abit in Ariſtocratiam, ſic Dominatus in Oligarchiā ſpecialiter dictam. *Dn. Wendel. l. c. & in Philoſ. Pract. l. 2. c. 7. ſect. 2. §. 1. & ſeqq.* *R*omanorum *R*eſp. quomodo truſô Superbô mutata fuerit, quæſtio in Politicorum & JCtorum libb. ſatis equidem hactenus fuit πολυθρύλλητος. Nos ſentimus, ejectis *R*egibus eandem non accidentaliter, ſed eſſentialiter fuiſſe mutatam. *R*ectam, inquam, *R*ecta excepit. *R*egnum enim Ariſtocratia inſecuta. *expreſſè Joan. Cuſp. in d. præfa. & Dn. Myler. l. c. c. 2. n. 13. confer Dn. Bœcler. ad l. 1. Annal. Tac. c. 1. n. 2. omnium expreſſimè Daniel Otto l. c. ap. Arum. Diſcur. 2. Acad. I. P. c. 3. vol. 5. p. m. 52. Herm. Kirchn. ad θ. 1. Diſp. 5. de Rep., Crug. Colleg. Pol. Diſp. 4. θ. 135.* Schönborner *in Pol. l. 5. c. 2., Hieron. Henning. l. c. Wendeler. l. c. c. 5. ſect. 1. quæſt. 2.* Quandoquidem *R*omani rerum ſummam ad Optimates poſt *Reges* detulere. *expreßè Lampad. de Rep. Ro. Germ. par. 1. n. 60. & par. 2. n. 3. p. m. 46. ubi addit, plebe omnino excluſâ. Liv. l. 2., Halic. l. 4. c. 10., Bod. l. 6. c. 4. de Rep., Sigon. de veteri I. R., Polyd. Verg. de R. I. l. 2. c. 3.* Statim videlicet, ùt Tarquinium Urbe ac *R*egno P. R. Brutô Collatinôq; ducibus & autoribus, *Flor. l. 1. c. 9.*, exegerat, iidem ipſi duo, ut conſulere ſe civibus ſuis debere meminiſſent, *vi. d. l. 2. de O. I. §. Exactis deinde. 16., arg. pr. l. un. ff. de Off. COS., vi Contium l. II. lect. ſubciſiv. J. C. c. 19. & Caſſiod. l. 4. epiſt. 1. confer. Flor. c. c., atq; ad id Zevecotium, & Eutrop. l. 1.* COSS. appellabantur. *Pomp. Lat. de Magiſtr. c. de COSS., Luc. Feneſt. c. 7. Halic. l. 1. c. 9.* Coss. quando Prætores, *Roſ. A. R. l. 7. c. 11.*, & quando Judices cognominati, *quâve de causâ vi. ap. Juſt. Lipſ. de M. V. P. R. c. 7.* Horum imperium erat annuum. *Liv. l. 2. pr. Lipſ. de Magiſtr. V. P. R. c. 7.* Et ità ex perpetuô imperiô annuū tantùm placuit, ex ſingulari duplex, ne poteſtas ſolitudine, vel morâ corrumperetur. *Flor. l. c. & Sal. in C.* Dubitas fortean de Ariſtocraticô Reip. Ro. ſtatu, quem ſub primis Coss. *R*omæ fuiſſe, (nobis enim h. l. de inſtitutione tantū

ejus

ejus Magiſtratûs, item verò de totâ ac omni Coss. imperii ætate, ſermo eſt) nos aſſertamus? Oligarchicum ſpecialiter dictum putas? Democraticum putas? Democraticum ſub primis Coss. nequaquam fuiſſe paululùm infrrà demonſtrabimus. Quod verò ad Oligarchiam ſpecialiter dictam, quæſo, altiùs paulò perpende differentiam, quâ ab hâc Ariſtocratia diſcernitur. Ariſtocratiam Ariſtoteles *l.3. Pol. c.7.* πολιτείαν, ἐν ᾗ ἄριστοι πλείονες καὶ δὲ ἑνὸς ἄρχουσι, καὶ πρὸς τὸ κοινὸν σύμφερον ἀποβλέπουσι, deſcribit. Etenim non audiendus eſt Bodinus, qui *l.2.c.6. de Rep.* Ariſtocratiæ verbum in generali illâ poteſtate accipit, in quâ nos Oligarchiam. Nempe Ariſtocratiam dicit, ſive optimi, ſive peſſimi, ſive ditiſſimi, ſive egentiſſimi, ſive nobiliſſimi, ſive ex infimâ fece homines, rerum ſummæ præſint. Pugnat certè contra ipſius vocabuli Etymologiam. *vi. Jac. Mart. in anal. Defin. Ariſtoc. Pol. l.2. c.13. p.m. 536.* Differt ab Oligarchiâ in ſpecie ſic dictâ Ariſtocratia, & quod in hâc ἄριστοι imperant, & quòd imperantes πρὸς τὸ ἄριστον civitatis atq; eorum, qui illius ſunt participes, ſpectant. *vi. Ariſt. l. c.* In Oligarchicâ contrà Rep., *Mart. l. c. c.14. §.1.*, non virtus, ſed vitia, &c. & ſimile quid ſpectatum eſt. In hâc Principes non de ſalute publ. laborant, ſed publicam potiùs rem quæſtui habent, & ad privata cōmoda avertunt. Ab hôc autem vitiô primi Romanorum Coss. quàm longè abfuerint, vel ſolius Bruti exemplum prodit. Hic favori civium atq; emolumento etiam domûs ſuæ clade velificatus eſt. Quippe cùm ſtudere revocandis in Urbem Regibus liberos ſuos comperiſſet, protraxit in forum, & concione mediâ virgis cecidit, & ſecuri percuſſit; ut planè publicus parens in locum liberorum adoptaſſe ſibi P. Romanum videretur. *Plutar. in Public., Flor. d. c. 9. l. 1.* Tantumne ergò à primis COSS. diſtat Oligarchicum in ſuos imperium ſpecialiter dictum, quantum à patriâ noſtrâ Cyprus & Rhodus? Illis, quibus Reip. Rom. ſtatus, qui ſub primis iſtis Coss. fuit, (confeſtim namq; atq; paulatim, quod ex *cap. ſeq.* clarum erit, Ariſtocratia etiam ſub Coss. in Democratiam tranſiit) Democraticus videtur, (*hic ſibi ipſe vix conſtat Bod. l.4. de Rep. c.1. n.37. §.1. dum Brutum populare imperium conſtituiſſe affirmat, & ſimul tamen omnia, quæ* ἄριστοι *habent, ipſi concedit,*) ob oculos ponendô ſupremum illorum COSS. majeſtatis faſtigium,

in quô

in quô illi fuere collocati, refragari facillimè nos poſſumus. Hôc l. præprimis poſt alios Dnum *R*einhardum Königen/qui *in Theatr. Pol. Tripar. par. 1. c. 15. n. 3. & ſeqq.*, *R*eip. *R*o. formam ſub COSS. merè fuiſſe Democraticam indiſtinctè multis mordicùs contendit, nobis adverſantem cernimus. Exactis, *inquit*, *R*egibus obfacinus Sexti Tarquinii, L. T. Superbi filii, pudicitiam Lucretiæ nocturnâ vi expugnantis, Democraticam formam *R*es *R*om. ſortita, & penes populum poteſtas fuit. Ex quibus nos nihil aliud, quàm d. Dn. Königen tempora malè, aut planè non diſtinxiſſe, facillimè colligimus. Nimirum, quod poſt Publicolam demum & hujus in ſucceſſoribus obtinuit, indiſtinctè Dn. *R*einhardus König de anteceſſoribus etiam Valerii affirmat. Conſulum poteſtate poſt Valerium Publicolam, imò verò ipſius adeò Publicolæ poſt fatales duas iſtas leges ab ipsô latas, populi majorem fuiſſe, & ipſi nos credere parùm dubitamus. Veruntamen idem de L. I. Brutô, L. Tarq. Collatinô, atq; Valeriô Publicolâ ante faſcium ſubmisſionem adſtrui poſſe, hoc eſt, quod nos negamus. Et quis unquam cuiquam rem omni prorſus hiſtoricâ fide deſtitutam perſvadere potuit? Afferat nobis Hiſtoricos fide dignos aliquot Dn. König/probantes de Brutô, de Collatinô, atq; Publicolâ, eos Democraticè *R*omæ regnaſſe, & ſententiam ejus acceptabimus, comendabimus, collaudabimus. Equidem pro ſeſe citat Dn. König *Herm. Kirchn. de Rep. Diſp. 2. th. 3. in lit. B.*, qui hæc habet: Deinde exactls Regibus eadem (*majeſtas*) etiam penes populum fuit. Benè. Nihil hîc novi, quod ſententiæ meæ contradicat. Suffragor. Non enim; COSS. ſummam ab initio habuerunt majeſtatem, adeoque Ariſtocraticè ſuis imperavere; &, Regibus ejectis, poteſtas ad populum rediit, *mediatè, puta, non immediatè*, omnino oppoſita ſunt. (*Quâ de causâ minùs ſint ex ſequentibus noſtris pateſcet.*) Pòſt namq; , quàm Publicola faſces Conſulares populo præſenti ſubmiſerat, populus Majeſtatem, quam â COSS. ad eundem iſte tulit, utiq; habuit. Majeſtas verò dicitur ad populum Regiô nomine deletô ideò rediisſe, *ut ſileam communem iſtam majeſtatis, in realem ac perſonalem, diſtinctionem, vi Liebenth. Coll. Pol. Diſp. 7. th. 4. ex Beſold. Diſp. 2. Cl. 1. 10., contra quam Præt. in Theatr. Pol. ſect. 2. cap. 1. membr. 1. & nuper Clar. Dn. Horn. in ſua Architect. Civ.*, quia devolvi

ad

ad alium legitimè nequivit. Quam tamen denuo ſtatim alii Magiſtratui abdicativè ipſe contulit. Ex eô itaq; minùs rectè Dn. König infert: ergò nulli unquam Romæ COSS. fuere, qui Ariſtocraticè regnarunt. Sed quid? Poteritne tandem ex ſuô Kirchnerô Dn. Reinh. König Rom. CoSS. primis illimitatam in omnes poteſtatem, & per conſequens Ariſtocraticum imperium denegare? Nequaquam. Quod enim d. Herm. Kirchn. haut iſtam omnimodè, quam ipſi tribuere allaborat Noſter, de Rep. Rom. ſententiam foveat, ex verbis, *quæ habet d. lib. Diſp. 4. th. 6. in Coroll. ſub lit B. p. m. 53.* longè clariſſimè clarum eſt. Ibi in ſpecie de Rom. Rep. agens ea, quæ *locô* à Dn. Königen *allegatô* appoſuit, ità explicat: nempe Democratiam tum demum omnino floruiſſe Romæ, cùm eſſet extremum jus penes Tribunos. Atqui jus Tribunorum illud cæpit dudum poſt Brutum, poſt Collatinum, poſt Valerium Publicolam, quod facilè benè demonſtrabimus in *c. ſeq.* Sanè aut Kirchneri priora per poſteriora corrigantur, quòd prius corrigere poſterius abſurdum, neceſſe eſt; aut Kirchnerus ipſe ſibi malè conſtat, dum ſuperioribus palam contradicere videtur. Priorem itaq; Kirchneri opinionem non potuit benè Noſter adducere. Porrò Dn. Königen movere deprehendo Hermanni Vultejì ea, *quibus utitur in proleg. ad Jurisp. R. f. 16.*, verba. (*NB. Plutarchus in Public., cujus etiam autoritate ſuum Noſter ſuffulcire cogitat effatum, minimè ipſum, quippe qui Konigianæ opinioni in d. l. vix quicquam conſonum habet, adjuvare poteſt.*) Sed certè, neq; Vulteji ſenſus (cujus longam ſeriem in areæ commodum hîc omittimus) ejusmodi eſſe videtur, qui pro Dn. Königen ſatis pugnare poſſit. Nam quæ ille *l. c.* recenſet, ſingula refert ad ordinem latarum à Rom. Magiſtratib. legum. Cùm autem primi COSS. ferè nullas, niſi fortè de propriô officiô, vel quàm pauciſſimas leges condiderint; jure eorundem Imperium Ariſtocraticum ex inſtituti ratione potuit mittere. Attamen, licèt vel maximè & Herm. Kirchnerus, & Herm. Vultejus, & Stephanus, Noſtri autoris teſtes (ut ipſi nihil non, quod vel ipſe velit, largiamur) ſingularis erga populum amoris dulcedine inebriati præ Ariſtocratiâ Democratiam amplectantur, poterunt ne iſti, etiamſi benè armati, tanto hiſtoricorum Rom. aliter ſtatuentium agmini absq; apertô

 ac

ac inextricabili periculô reluctari? Equidem, quod ſi exercitus adverſariorum non adeò eſſet numeroſus, ac Herm. Kirchnerus, &c. tantopere tantorum hiſtoricorum copiæ ſpernaces eſſent, quantopere Dn. König/vererer (ſi nempe hoſtem parvi pendere fugare poſſet), ne hoſtibus os occludentes palmam præriperent. Nam Dn. Reinh. König ne unius quidem aſſis æſtimat Livium, &c. Sed cùm autoritas Dn. Königs in hiſtoricis nulla, nulla etiam hâc in cauſâ ejusdem fides erit. Non eam ob rem immeritò quis non mirabitur, ſed demirabitur, quidnam tantum virum Dn. R. Königen / ut tam manifeſta tam manifeſtè contra omnē hiſtoriā Romanā inficiaretur atq; impugnaret addùcere potuerit. Sed & deformes buccę ſuos habēt de baſiatores. Nos nunc, ut ad capitis finem vergamus, aliquot ſaltem de quàm maximô teſtium noſtrorum cœtu impræſentiarum producemus. Regiô Imperiô duo ſunto &c. *vi. leg. h. in fragm. XII. Tabb. & ad ea Gotofr. confer Valent. Forſt. Hiſt. I. C. R l. 1. c. 13. & 14., Cic. l. 3. de L. L., Polyb. l. 6., & Vincent. Caboti. l. 2. Diſp. c. 3.* Jura & inſignia, *Liv. ait Dec. 1. l. 2. pr.*, omnia (*Reg. pot.*) primi COSS. tenuere. *Simile offendes in Dion. Halic. l. 4. c. 10. p. m. 380., & l. 7. c. 4. p. m. 615.* Pulsô Tarquin. Superbô, qui Regum ultimus fuit, mutatâ civitatis formâ ſecuta eſt Ariſtocratia. *Verg. de R. I. l. 2. c. 3. p. m. 111.*

Nullum Martia ſummô
Altius imperium Conſule Roma videt. *Ovid. de Pont. l. 4. Eleg. 2. confer Caſſiod. l. 2. V. E. 2.* Exactis Regibus COSS. conſtituti ſunt duo, penes quos ſummum jus uti eſſet, lege rogatum eſt. *de O. I. ff d. l. 2. d. §. 16.* Conſularem poteſtatem Regiæ poteſtatis exemplô accerſitam fuiſſe, vetuſtatis monumenta declarant. Exactis enim Regibus duo viri creati ſunt, quib9, præterquam quòd annuum imperium datum eſt, nihil aliud immutatum eſt. *Luc. Feneſt. de Magiſt. R. c. 7. de COSS.* Pulſis Regibus, autore L. J. Brutô Tribunô Celerum, Conſulare imperium factum eſt cum omni regiâ poteſtate & inſignibus. *Pomp. Læt. de M. R. c. de COSS.* Locô Regum COSS. creati ſunt, & quidem cum plenô eorum jure. *Lipſ. de M. V. P. R. c. 7.* Græci ὑπάτους COSS. verterunt, vim intuentes imperii ac poteſtatis amplitudinem. Quemadmodum quod præcellens & ſummum eſt priſci Græci ὕπατον appellant, *Dionyſ. l. 4. c. 10.* Et profe-

ctò

ctò vis omnis atq; liberrimum imperium initio apud illos, pacem bellumve facere, fœdera ferire, coërcere, animadvertere, jus vitæ, necisq; habere in cives &c. *Juſt. Lipſ. l. c.* Quæ vel ſola ultima facultas, quâ COSS. liberrimum in civem jus vitæ ac necis conceſſum fuit, ad eos, qui nobis repugnantes pro Democratiâ loqui ſatagunt, confutandos ſufficere poteſt. *confer Cujac. d. comment. add. l. 2. d. O. I. ad §. 23.* Ne multa. Quod ſi alia omnia, quæ Te, ut crederes, primos Ro. COSS. Ariſtocraticè gubernaſſe, adducere poſſent, negligerem, atq; unicam ſaltem L. J. Bruti, quâ ipſe P. R. appellavit, orationem adjicerem, ullum fore, primos COSS. ſub Democraticô Reip. ſtatu vixiſſe, judicaturum, credibile vix eſt. Quando, *inquiebat Brutus*, quod erat primum, id ratum feciſtis, ùt oportuit, jam reliqua, quæ de Reip. formâ decrevimus, accipite. Conſiderantibus nobis, cui Magiſtratui ſumma totius Reip. adminiſtratio & poteſtas ſumma eſſet committenda, Regnum non amplius conſtituere placuit; ſed duobus viris annuum Magiſtratum cum poteſtate Regiâ committere, quoscunq; centuriatis comitiis ſuffragiis veſtris elegeritis. Quod ſi hæc quoq; vultis, ferte ſuffragia. Populus Rom., *narrat Dion. Halic. l. 4. R. A. c. ult.*, hanc etiam ſententiam laudavit, nec ullius ſuffragium ei eſt adverſatum. Unum addo, *Marc. Zuer. Boxhornium*, dum, alios Ariſtocraticum vel Democraticum primorum COSS. imperium fuiſſe ſtatuentes egregiè falli, monet, egregiè decipi. Aut ſtatum Monarchicum manſiſſe, aut neceſſe eſſe, alia extra tritas iſtas Reſp. fingatur, ſatis ſanè incongruè docet. *Diſſert. Pol. de Imperio Rom. B. th. 3. & 4.* Equidem magnam partem à multis jam ante ipſum quoq; (ea namq; primus non oggerit) Boxhornium, & noviſſimè à *Joanne Schmideliô Lipſienſi in Not. ad d. Diſſert. lit. N.* (cui tamen in omnibus l. c. videndis aſſentiri nec poſſumus, nec debemus) futilis illa de primis COSS. atque inconſulta opinio confutata eſt; ut itâ novâ hîc operâ benè facilè ſuperſedere nos haut nequeamus. Quam benè hâc de re Boxhornius, cetera ſummus ac doctiſſimus vir (quemadmodum laudatur à Buchnero in Lexic. ſub vo. Scythia.) unà cum ſingulis, quos ſecutus, loquatur, ea quoq;, quæ ſuprà *c. 1.* notavimus, quodammodo aperiunt. *vi. Illuſt. Dn. Boccler. ad l. 1. Annal. Tac.*

# DE TRIBUNIS PL.

QVantaquanta verò primorum illa COSS. majeſtas fuerit, ſenſim tamen eadem poſt Publicolam frangi cæpit atq; imminui. Scilicet & de Ro. Rep., Lacedæmonum illud verum eſt: ἅπαξ μεταβαλλόμενον μηδεπώποτε βέβαιόν ἐστι. De quâ ſumma COSS. Rom. ſceptra vacillare viſa ſunt, cauſam primam (ut ſtatum Romanorum popularem ab ovô exordiar) faſtus intolerabilis atq; incautus iſte iſtius Valerii Public. non potuit non præbere. Hicce Valerius L. J. Bruti poſt Tarquinium Collatinum Conſulatu abdicatum collega, Brutô in duellô ab Arunte Tarquiniô peremptô, non ſolùm non collegam in Bruti locum ſubrogabat, verùm etiam in ſumma Veliâ ſuperbisſimè ædificabat. *Liv. Dec. 1. l. 2. pr.* Cùm hôc modô Regni affectati ſuſpicionem incurrisſet, deq; eâ amovendâ cogitaſſet, ab unô extremô in alterum (*ſic loqui adamat Arniſ. de Rep. l. 2. c. 6. ſect. 3. n. 9.*) delapſus rem exorſus eſt totius Senatûs autoritati exitialem. Vocatô ad concilium populô ſubmisſis faſcibus in concionem conſcendens, populi, quàm COS. Majeſtatem vimq; majorem eſſe, imprudentisſimè ſermocinatus eſt. *Liv. l. c.* Quid? quòd in ſanus duabus inconſultisſimis triſtisſimisve legibus Conſulum ac totius adeò Senatûs manûs (*ità dicitur poteſtas d. l. 2. d. O. I. ff. l. 4. d. J. & J., §. 1. I. de Libert., & l. ult. C. de emanc. lib. confer Cic. pro Quint. & Coraſ. ad init. d. l. 2. ff., vi. Deut. c. 33.*) maximam partem ſuapte palam religavit. Altera erat de provocatione adversùs Magiſtratûs ad populum; altera de Imperiô à populô accipiendô. *Cic. de LL. l. 2., Flor. l 1. c. 9., Plut. in Val. Publ., Liv. l. c.* Hæ ſunt leges iſtæ, quibus diſſolutum fuit imperium Conſulare. *Liv. l. 4.* Quoniam hinc plebs cepit occaſionem Patribus ſeſe opponendi, & jura Majeſtatica iis eripiendi. Hinc natæ iſtæ Tribunorum pl. in Patres, ac Patrum in Tribunos nocentisſimæ conciones. Tum temporis Rom. Reſp. inter Ariſtocratiam & Democratiam jamjam maximè ambigere videbatur. *Arniſ. in Doctr. Pol. l. 1. c. 8.* Paucis igitur annis pôſt Ariſtocratiâ ſublatâ libera contrà R.P. Democratia ſub Tribunis pl. omnimodè floruit. *expreſſè Joan. Cuſp. in d. præf. Adi Liv. Dec. 1. l. 2. & 9., Dion. Halic. l. 6 c. 12.,*

*Cæſ.l.1. de B.C.,Cic 1. Agrar.,Flor.l.1.c.16.,Polyb.l.6.c.5., Saluſt.in*
*B.C.,Feneſt.de M.R.c.10.,Pomp.Læt.de M.R.c.de Trib.pl.,Sig. de A.I.*
*C.R.c.20.,Onuph. Panv.in Civ.R.ſubt.De Libert.P.R p.m.579., Lipſ. de*
*M.V.P.R.c.15.,Dn.Wendel.l.c.d.q.2.,Herm.Kirchn.de Rep.Diſp.3.*
*th.6.in Coroll.,Crug. in Colleg.Pol. Diſp 4.th.14.,Petræ.Enchirid.Pol.*
*part.gen.c.5.th 2.,Arniſ.l.c.,*Schönborner *Pol.l.5.c.3.,Jacob.Mart.*
*Pol.l.2.c.15.,Nobiliſſ.Dn.Bened.Carpz. de L R.G c.1.ſect.8 n.9.,O-*
*brecht.de Juriſd.c.3.,Bodin.de Rep l.1.c.10.,Chriſtoph.Beſold.Op Pol.*
*Diſcur.de Monar c 2.,Verg de R.I.l.2.c 3 ,Valent.Forſt.de Juriſd.R in*
*Exord.n.11.,Chriſtoph.Forſtn.ad l 1.Annal.Tac.,& Hieron.Henning l.c.*
Nos jam non diſputabimus anne Democratia ſit bona, an verò
vitioſa Reſp. Quòd quidam ſint,qui eandem inter prolapſas po-
nant *ex Ariſt. Pol.l.4. Arniſ.l.1.Doctr.Pol.c.10.* docet. *Judicium A-*
*narcharſis lege ap Al ab Al G.D.l.4.c.11. circa med. confer Xenoph. de*
*Rep.Athen.,Tholoſ.l.5.de Rep.c.8.,Bod.l 6 de Rep.c 4.,Keckerm.Diſp.*
*Pract.36.q.7.& Crug.l.c.th 146.* Ad noſtra. Tribunorum (quo-
rum appellatio, *juxta Valent.Forſt.in H I.C.R.l.1.c.20.n.1.poſt Al.ab*
*Al.l.1.c.5.,& Juſt.Lipſ. de M V.P.R c.14.,* ducta videtur ſive à terna-
riô numerô, quia tres tantùm ab initio populi partes; ſive à Tri-
bubus, quòd earum ſuffragiis crearentur) nomen benè vetus,ac
Urbis ipſius origini pene æquale eſt. Nam Tribunus Celerum,
i.e., equitum in Romuli ſtatim Regnô natus. *d.l.2.d.O.I.§.Iis-*
*dem temporibus.15.,Varro l.4.de LL.confer Halic.l.2.c.2.,Joh.Stad.*
*ad Flor l.1.c.1.n.22.* In quadruplici præprimis, *id quòd ex Zaſiô*
*JCtô in d.ff.l.Simon Schar.in Lexic.Jur.ſub eâ voce p.m.984.notat,*
Tribuni olim differentiâ fuere. *vi.Al.ab Al.G.D.l.1.c.20.,l.2.c.24.,*
*l.5.c.2.,l.6.c.18.* Fuerunt enim Ærarii Tribuni, Militum (quorum
Anguſticlavii quidam erant, quidam Laticlavii, hiq; majoris di-
gnitatis, illi minoris, *uti in Adverſ.l.1.c.4 Turneb.annotavit*), Cele-
rum,quibus de modò, ac plebis Tribuni, quorum h. l. nobis im-
menſum illud dominium conſiderandum venit. Hi annô poſt fu-
gam Tarquiniorum decimô ſeptimô, Aulô Virginiô Montanô, ac
Titô Veruſiô Geminiô COSS., primùm creati, ſi Pomp. Læto cre-
dimus, qui *de M.R.c.18.*, plebs, *inquit*, nexu gravata & ſæpe numerô
decepta ſeditionem fecit, & tandem Siciniô duce in Sacrum
Montem ſeceſſit &c. Hinc Poſthumiô Cominiô, & Sp.Caſſiô no-
vis

vis COSS. decernentibus decem Legati eliguntur ad plebem, quorum primus fuit Menenius Agrippa, qui oratione ſuâ plebem Patribus conciliavit. Menſe Septembri petiit plebs ex ſuô corpore Magiſtratum creari. Tribunitia poteſtas hæc fuit. Duos ergò Tribunos tunc habere plebs cæpit, C. ſcil. Licinium, & P. Albinum. *Al. ab Al. l.5. c.2. ab init. A. Gell. l 17. c.21.* Alia rurſus ſeceſſione tres additi, Appiô Claudiô & C. Quintiô COSS., mox quinque item, aliis COSS. M. Horatiô Pulvillô, & Q. Minutiô. Hôc pactô decem Tribunis in pleb. Rom. jurisdictio fuit. *Feneſt. l c. c.10., Val. Forſt. l c. n.2., Al. ab Al. l.1. c.3., Ov. l.3. Faſt. Blond. l.5. Romæ Triumphantis, Val. M. l 2. E. M. c.2., Gell. N. A. l.17. c.19 & 21.* Hæc origo, hæc Tribunorum pl. creatio. Fuerunt autem iſti COSS. Rom. eâ, quâ Spartanorum Regibus Ephori, ratione oppoſiti. *vi. Val. M. l.4 c.5., Cic. l.3. de LL., Plut. in Coriol.* Tribunos plebis (*verba ſunt Al. ab Al. G. D. d. l.1. c.3. ab init.*) nec juri dicundo, nec poſtulatis civium noſcendis, ſicut alios Magiſtratûs, ſed ut auxilii latio adverſus COSS., & illos, qui inſolenter in plebem inſultarent, eſſet, utque Præſides libertatis, cuſtodesq; forent, initiò creatos accepimus. Ideo nec in ſellâ curuli ſedere, nec purpuratos incedere, nec lictorem, ùt COSS. Prætoresque, ſed viatorem habere illos, ſatìs conſtat. *confer Val. Max. l.2. c.2. n.7., Gell. l.13. c.12.* Scutum habebant impediendi duntaxat ac defendendi, haut agendi aut lædendi telum. *vi. Plut. in vi Grachorum.* Conſtituti enim ſunt contra vim ſolummodo, nimiamq; Magiſtratuum potentiam. Itaq; munus primùm unum & ſimplex auxilii latio. *Liv. l.2. & 6. Cic. pro Quint., Halicar l.10. c.8., Juſt. Lipſ. l. c. c.15.* Eô fine, uti *Macrob. l.1. Satur. obſervat.*, januæ eorum nocte dieq; patebant, ut paratos ſeſe oſtenderent ad deſideria & querelas miſerorum excipiendas. Hinc nec ullam horam abeſſe ab Urbe poterant legitimè, *Dio l 37.*, nedum integros dies, *Al. ab Al. l. c., Gell. l.3. c.2. confer Appia. l.2. B. C.* Verùm licet auxilii ferendi cauſa adverſùs reliquos Magiſtratûs Tribuni plebis inſtituti fuerint, minimè tamen ſtatim vocandi jus, quod imperiô innititur, habuerunt; ſed tantùm prehendendi. Patet hoc ex reſponsô quôdam Labeonis Antiſtii, quod *A. Gell. l.13. c.12 in ep. quad. Capitonis à ſe lectum exhibet his verbis:* Cùm à muliere, inquit (*Capito*), quâdam Tribuni plebis adverſùm eum

(*Labeo-*

(*Labeonem*) aditi Gellianum miſiſſent, ut veniret & mulieri reſponderet, juſſit eum, qui miſſus erat, redire, ac Tribunis dicere, jus eos non habere, neq; ſe, neq; alium quemquam vocandi. Quoniam moribus majorum, Tribuni pl. prenſionem haberent, vocationem non haberent. *Enarratius in M Varronis rer. hum l. 21. ſcriptum jus tantum prehendendi Tribunorum plebis, & non vocandi, inveniſſe ſe ait Gell. l. c. confer ejusd. c 27. l. 15.*, ubi Tribunos neq; advocare Patritios, neq; ad eos referre ullâ de re potuiſſe, *ex l. 1. Lælii Felic. ad Q. Mutium evincit.* Ob id, cùm Luctatius Tribunus Patritios juvenes viatori minùs cedentes prehendi juſſiſſet, obſtitit Appius Claudius COS. negans, jus eſſe Tribuno in quenquam, niſi in plebejum. *Liv. l. 2.* quin imò creditur jure occiſus fuiſſe Genutius Trib. pl., quòd L. Furium, & C. Manlium Magiſtratu Conſulari abeuntes prehendiſſet contra jus Patriciorum. *Liv. l. c. vi. Arniſ. de Rep. l. 2. c. 6. ſect. 3.* Hactenus ergò non admodum laxa Tribunorum pl. poteſtas. Sed verò diutiùs ferre potentiorem ſuâ manum male ſana illorum ac omnis freni impatiens iſta ſuperbia nequaquam potuit. Ideoque ſuperbiſſimô ſpiritu ebrii homines mox juris ſui limites transgreſſi ſunt. Qui olim in Senatum non veniebant, ſed ante curiæ valvas ſedebant, ii mox Senatum convocare, *Dionyſ. l. c. & paſſim*, quinimò dimittere etiam ab aliô convocatum, *Appia, l. c.*, auſi ſunt. *Juſt. Lipſ. l. c.* Qui antea injuſtam adverſùs Senatûs vim intercedebant, Conſulibus poſtea imperium auferre, atque, ſi quas vellent, pœnas dictare poterant. *Liv. l. c.* M. ſanè Druſus Trib. pl. L. Philippum COS., qui interfari concionantem auſus fuerat, adeò violenter in carcerem præcipitem egit, ut multus è naribus ejus cruor profunderetur. *Val Max. l. 9. c. 5. Exem. 2., Al. ab Al. d. c. 3. l. 1.* Idem Druſus, cùm Senatus ad eum miſiſſet, ut in curiam veniret, quare non potiùs, *inquit*, ipſe in Hoſtiliam propinquam roſtris ad me venit? *Val. l. c.* Tantum omnino tandem Tribunorum autoritas crevit, ut, quicquid Senatus decreviſſet, ità demum ratum haberetur, quod ſi ipſi approbaſſent. Idcirco quæ Senatus non intercedentibus Tribunis pl. ſtatuerat, non SCta, ſed tantummodo autoritates appellabantur. *Fam. 7. l. 8. Dio Caſſius l. 55.* Si quid verò à Senatu Tribunis animadvertendum oblatum ratum videretur, literam T. in tergo

ad-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6900-p0023-6

adjiciebant. *Feneſt.l.c., Al.ab Al. l. c., Val.Max.l.2.c.2.* Quod à primis pl. Tribunis quàm longiſſimè remotum fuit, leges ferre atq; imperare, poſteriores perfectè indultu Hortenſiæ legis, *l. de I. N. G. & C. §. Plebs autem.7. & ff. de O. I. d l.2. §. 8. Deinde cùm eſſet & §. 12. Ita incivitate. Gell.l.15 N.A. c.27.*, atq; Philonis Dictatoris, *Al. ab Al. G.D. c.11.l.4.*, exercuere. Siquidem tanti valoris leges poſtmodum propriâ autoritate condidere, ut nullum non, ne ipſis quidem Patribus exceptis, tenuerin . *Varro l.5. de LL., Liv. l.3. & 9., Cic. Agrar.1., Dionyſ.Halic.l.6. c.12., Connan. l.1.c.13.* Plebiſcitorum nomine illæ venerunt. *§. conſtat autem 4 & § Plebiſcitum eſt.6.I.d.t., Gell.l.10 c.20. confer Balduin. t. d. & Dd. ad d. §. 6. Cic. legem Tribunitiam, ob Tribunorum rogationem, vocat, contra Rull. & l.3. de LL. Quomodo Lex & Plebiſc. inter ſe differant ex Hotom. declarat Simon. Schard ſub eâd. vo. in Lex. Ju. Jur. p.m.747 lit. A pr.* Sic à populô (nomina hæc, plebem ac populum, ſæpe confundi leges *in A. Gell. l. 10.c.2. & Onuphr. Panvin.l.2 poſt pr. in comment Reip. Ro.*) SCta equidem reſciſſa, Plebiſcita verò à Senatu vix infirmata fuerunt. *vi. Liv.l 9.* Ne quicquam igitur tandem Patres Tribunis imperare potuerunt. Quid? Patres invitis pl. Tribunis ne convenire quidem publicè potuerunt. *Liv.l.4. & Al. ab Al. l.c.* Pauca. Verum confeſſus eſt Q. Fabius Urbis Præfectus, nihil non Tribunitiæ poteſtati licere. *Liv. l.3.* Hinc tam tandem Magiſtratûs reliqui, quàm privatorum ſinguli, qui non paruerant pl. Tribunis, vel per viatorem Tribunitium in carcerem abripiebantur, vel die dictâ apud populum accuſabantur, ùt ſacroſanctæ Majeſtatis violatores. *Juſt. Lipſ.l.c.* Equidem à Tribunis pl. dies dici Conſuli Prætoriq; poterat, ipſe tamen ab omni potentiâ immuniserat. *Al. ab Al. G. D. l.6. c.24. circa fin.* Sacroſanctos enim Tribunos ſuos plebs voluit. *Pomp. Læt. l.c.* Eâ de re *ap. Dionyſ. Halicar. l.c. & l.7.c.2., Liv.l.6., Al. ab Al.l.c. & l.5.c.2., Val. Forſt.l.t.H.I.C.R c.20.n.6. & c.21.n 2.*, leges longè firmiſſimas atq; ſtrictiſſimas, quas adjicere longum nimis, videre eſt. Hæ ſunt illæ, quibus, quàm ut Patres poteſtatem ſuam toti populo committere cogerentur; haut aliud effectum eſt. Hæ ſunt, quæ ſtatum Reip. Rom., quem nos ſuprà pl. Tribunorum tempore obtinuiſſe perſuadere voluimus, Democraticum genuere. Hôc modô everſa fuit Ariſtocratia, & libera contrà Democratia prognata.

# DE CÆSARIBUS.

SUmmum iſtud Tribunitiæ poteſtatis robur, quod in anguſtiore ſaltem tabula hactenus delineavimꝰ, ad Syllamusq; Dictatorem ſartum tectumve permanſit. *vi. Al. ab Al. Gen. Die. l. 5. c. 2.* Hic poteſtatem Tribunitiam valdè circumcidit (*ſic loquitur Juſt. Lipſ. de M.V.P.R. c. 15. in fin.*) imò pene excidit. Vetuit enim, ne leges ferrent, ne concionarētur, ne provocaretur ad eos, ſolumq; & nudum jus intercedendi reliquit. *Polyd. Verg. l. 2. c. 3.* Sed neſcio, quomodo factum, ut Tribunis omne jus vetus denuo redditum per Aurel. Cottam COS., M. Craſſum & Pompejum in primo Conſulatu. *Plutar. in vi. Pomp., Cæſ. l. 1. de B. C., Valent. Forſt. in H. I. C. R. l. 1. c. 27.* Seſe poſtmodum hocce Tribunorum pl. ſummum jus, *uti appellatur à Cæſ. l. c.*, extendit ipſa ad tempora Imperatorum, qui quidem penes Tribunos tandem præter inſignia ac ferme inanè nomen, quod ad Conſtantini usq; ætatem auditum, nihil reliquerunt, quippe qui ſibi potiùs Tribunitia jura ſumpſere ſingula, *notante id Lipſ. l. c. confer. Plut. in Cæſ. & Xiphil. in eod., Joan. Sleid. de 4. S. I. l. 1. p. m. 82.* Comprobat hoc exemplum Auguſti apud Dionem *l. 53.* Tiberii, *Al. ab Al. l. 6. c. 24.*, & Antonini Pii, *C. A. Rupert. ad Synopſ. H U. min. Beſold. c. 14. p. m. 321. ex Spartiano.* Ità, quæ antea penes univerſum P. *R.*, poſtea unus poteſtatem habuit, ſub eodem cognomine, nihilominus tamen mutatô Reip. ſtatu. Quod ſi verò mutationis Reip. primaria cauſa ſeditiones, id quod ex *Ariſt. l. 5. Pol. c. 1. & 2. monſtrat Cellar. l. 2. Pol. c. 20. §. 6.*, *R*om. *R*eip. ſtatus Democraticus, quàm tandem etiam peſſum ire, quî aliter potuit? In totâ quippe *R*ep. *R.* à primâ Tribunorum nativitate usq; ad Julii Cæſaris Imperium obedientium conſenſus ferè nullus fuit. Quis annus, *ait Arniſ. de Rep. l. 2. c. 6. ſect. 3. n. 120.*, exſpiravit ſine contentione Patrum & pl., ac ſine ſeditionibus inteſtinis, niſi quatenus externus metus internas diſcordias premeret, & bella foris, otium domi victoriæq; hoſtium quietem *R*eip. præſtarent? Unde rectiſſimè cenſet Tacit. *l. 1. Hiſt.*, pacis interfuiſſe, omnem poteſtatem ad unum conferri, & *l. 1. Annal.*, non aliud diſcordantis patriæ remedium fuiſſe, quàm ut ab unô regeretnr. Ut *R*eip., *Pompon. ait l. 2. ff. de O. I. §. Noviſſimè. 11.*, per unum conſuleretur, neceſſe erat. Id



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6900-p0025-7

quod etiam tandem Deô ità dirigente effectum eſt virtute C. J. Cæſaris. Hic eſt ille Cæſar, qui deletô Romanorum ſtatu Democraticô Monarchicum contrà juſtisſimè conſtituit. *Diſſentire videtur Dn. Mylerus l. ſuprà cit. c.4. n.12. ſed exponi poteſt.* Hic eſt ille, ſub quô ſua à Daniele illa prædicta Monarchia quarta (ad extremū usq; diem juxta noſtros Theologos duratura. *vi. Wurmſ. Exerc. I. P.1. q.8. confer. Beſold. de Jurisd. Rom. Imp. c.5. & Arum. l.c. p.m. 49.*) primordia ſumpſit. *arg. Nov. 47. vi. præprim. Joan. Cuſp. in præfat. lib. de Cæſar., Matth. Dreſſer. in Iſagog. Hiſt. mill. 4. p. 470., Joan. Sleid. d. l. p.m. 103., Wagn. Inſt. H. c.1. de Mon. Ro., Reinkingk. de Regim. S. & E. l.1. c.1. claß. 1. n.3., Sulpit. Sev. H.S. l.2. c.4., Hieron. Henning. l.c., Benedict. Carpz. de L.R.G. c.1. ſect. 8. n.10., Valent. Forſt. l.c. in exord. n.38. & 42. confer. Scal. l.5. de emend. temp., Abb. Ursp. p.m. 44., Panvin. l.1. Rom. Deſc., Amm. Marcell. l.14., Euſeb. l.2. Chron. p. m. 152. Olymp. 182. & in eund. Joſeph. Scal. p.m. 144., Vincent. in* Specul. *Hiſt. l.6. c.37. p.m. 60., Naucler. in Chronogr. generat. 63. p.m. 186., Ubbo. Emmi. rer. Chronol. l.5. p.m. 144., Aventin. in Annal. Bojo. l.2., Henric. Bunting. in Chronol. de primô A. Julianô p.m. 193., Otto c.50., Beſold. Synopſ. min. c.14. & ad id C. A. Rupertum. &c. &c. &c.* Nimirum, cùm C. I. Cæſar (ſumma ſaltem Cæſaris geſtorum capita delibabimus. Hâc enim absq; operâ, quâ ratione idem ad ſummum evectus ſit *Ro.* Imperium, neutiquam intelligetur.) Galliam omnem, quæ montibus Pirenæis & Alpibus, fluminibus *Rheno* ac *Rhodano* continetur, intra novem annos, & quod excurrit, ſubactam populi *R.* provinciam effeciſſet, *Sveton. c. 25. in vi. Cæſ., Baptiſt. Egnat. in ead., Philo Judæ. de Legat. ad Caj.*, cùm Helvetios maximis præliis viciſſet, cùm Belgas cum Nerviis, atq; hos cum Aduaticis in deditionem accepiſſet, *Cæſ. de B. G. l. 1. & 2.*, Venetos navali prælio ſuperaſſet, *Cæſ. l. 3., Diol. 39., confer Calviſ. in opere Chron. p.m. 266.*, Uſipites ac Tenchteros debellaſſet Galliâq; expuliſſet, *Rheno* ponte juncto in Germaniam atq; Britanniam usq; tranſiiſſet, ejusve magnam partem in populi *R.* poteſtatem redegiſſet, *Cæſ. l.4., Diol. 40.*, ac innumeras ferè confeciſſet alias celeberrimas ac felicisſimas victorias (namq; undecies centum & nonaginta duo millia hominum præliis ſuis, præter civ. victorias occidit, & ſignis collatis quinquagies dimicavit, *Cuſpin. princ. vi. Cæſ.*, quod vix Impp. ullus præſtitit, ſi

unum

unum Henricum IIII., qui ſexagies bis pugnavit, *vi. poſt. Vincent. in ſpecul. Hiſt. l. 26. c. 117. Daniel. Parc. tom. 1. H. U. in vi. Henr. IV.* exceperis.,) Conſulatum à Senatu ſibi decerni multis diu ſatis expoſtulavit. Ipſi verò à Marcellô tum temporis *R*omæ COS. contradictū eſt, Pompejô annuente. Decretum inſuper eſt à Senatu & concluſum, ne Cæſar in Urbem priùs veniret, ſuum quàm exercitum dimiſiſſet. *vi. Sveton. l. c. c. 28.* His ergò rebus Cæſar graviter accenſus contractis undiq; viribus patriam contendit ſanequam hoſtiliter, ac *R*ubicone fluviô transmeatô Ariminum cœpit, Ravennamq; ſeſe contulit. Aſt cum Pompejo interim multi ex Senatu *Ro*. creſcentibus Cæſaris viribus trepidi Italiâ excedentes alibi hinc inde vagantur. Brevi Cæſar Italiâ relictâ Hiſpaniam abit, &, quas ibi ſub tribus Legatis, Varrone, Afraniô, ac Petræjô, Pompejus habebat, validisſimas copias deditionem facere cogit. *Sveton. l. c. c. 34.* Pacatis ità Hiſpaniis, Masſiliâve, quæ Cæſari portas præcluſerat, ſecundô Marte edomitâ, cognoſcit ille in itinere, Dictatorē ſeſe à M. Lepidô *R*omæ dictum. Hâc itaq; poteſtate ſubnixus in Urbem rediit, ſe Conſulem II. cum Publ. Serviliô Iſauricô creat, ac Dictaturâ die undecimô depoſitâ ordinariô contentus Magiſtratu velociore remige benè numeroſô agmine ſtipatus ad Græciam ibidem Pompejum armis circumfuſurus percurrit. Pompejus in urbe Dyrrachiô latitabat. Urbs propterea milite interſepitur. Erumpit Cnejus, devincitur refugus Cæſar nongentis ſuorum relictis. Hâc victoriâ elatus Pompejanus exercitus, qui Cæſareum in Theſſaliam concedentem celerrimè inſecutus erat, in campô Pharſaliæ, quæ regio in Theſſalia ſita, trucidatis ſex millibus ac viginti quatuor millibus captis, acie Cæſarianâ prorſus fuſus eſt. *vi. Plut. in Pomp. & Cæſ.* Pompejus in Ægyptum transvolans à Ptolomæo ferrô exceptus atq; mactatus eſt. Huncce Ptolomæum, à quô ſibi quoq; inſidias tendi videbat, Cæſar poſtmodum ad Alexandriam oppresſit. Regnum Ægypti victor Cleopatræ, fratriq; ejus minori permiſit veritus provinciam facere, ne quandoq; violentiorē Præſidem nacta novarum rerum materia eſſet. *Svet. in vi. Cæſ. c. 35.* Interea Romæ Dictator II. Reip. conſtituenda ac rei gerendæ gratia factus M. Antonium Magiſtrum Equitum, & C. Fuſ. Calenum cum Publ. Vatinio COSS. elegit. Poſthæc in Syriam; poſthæc in Pon-

tum transgreſſus Pharnacem ſtatim intra quintum, quàm adfuerat, diem quatuor, quibus in conſpectum venit, horis feliciſſimè proſtravit. De hinc in Italiam regreſſus ibi ſeditionem militum ſedavit, ac brevi Scipionem unà cum Juba reliquias partium Pompejanarum in Africa refoventes profligavit, Pompejiq; filios ad Mundam in Hiſpania acerrimô præliô omnino delevit. His rebus à ſe geſtis ſingulis, totq; per maximam orbis partem partis victoriis Urbe reperitâ quinq; Cæſar duxit Triumphos longè ſplendidiſſimos. Gallicum, Alexandrinum, Ponticum, Africanum atq; Hiſpanienſem. *Dio. l. 43., Svet. l.c. c.37., & Valent. Forſt. H.I.C.R. l.1. c.28. n.51.* Poſt id temporis novos Cæſari honores civis Romanus decrevit. Summa ei univerſæ gubernationis poteſtas attributa. Salutatus eſt Dictator perpetuus, Imperator ſacroſanctus, ἱερὸς καὶ ἄσυλος. Illi plura qui gaudet de C.I. Cæſare legere (quia noſtri non eſt inſtituti, perfectam Cæſaris texere hiſtoriam, & ſingula, quæ de ipsô notanda, hîc notare, ſed quàm breviſſimè ſaltem, idem quomodo ad ſummum Ro. Imperium pervenerit, exponere) poſt alios evolvendos commendamus, *Plut. in Cæſ. & Pomp., Eutrop. l.6., Hirt. de bell. Alex. l.5. & 6., Paterc. l.2., Dio. l.49., Strab. l.17., Joſeph. de bell. Judai. l.1., Appian. de bell. civ. l.1.2.4., Zonar. tom. 2., Flor. l.c., Hedio. in Chron. par. 2., Abb. Urſp. in Chron. p.m.44. & ſeqq. Diod. Sic. l.1. antiq., Anton. Sabell. l.7. Ennead. 6., Sext. Ruff. & in eund. Cuſp. p.m.23. & ſeqq. Plin. l.6. N.H. c.25., Ubbo. Emm. l.5. p.m.145. 186. 187. Guon. in Chron. p.m.12., Ott. Friſ. l.2. Chron. c.48. & c.50., Cuſpin. in Aurel. Caſſiod. COSS. p.m.328., & eund. in vi. C.J. Cæſ., Carol. Sigon. Cōm. in Faſt. & Triumph. Ro. p.m.142. & ſeqq., Amm. Marcell. l.c., Wolffg. Lati. de Gent. migr. l.9. & in cōment. Reip. Ro. l.1. c.9. confer Oroſ., Sleid., Wagn., Cluv. &c. &c.* Eô modô ad ſummum ſummæ Monarchiæ faſtigium Cæſar viam ſtravit. Eô modô fundata eſt quarta illa Danielis Monarchia. *vi. Dn. Reinking. de R.S. & E. l.1. claß.1. c.1. per tot.* Hîc, rectiſſimè illos ſentire, (*ex quib. eſt poſt Cuſp. ab init. in vi. C.J. Cæſ. & ali. Dn. Wendel. in ſupr. d. Diſp. §.18.*) qui quando prima ſceptra Auguſto, quod ſæpiſſime à multis fit, quartæ Monarchiæ aſſignantur, id concedunt, ſi de inchoatâ, minùs, verò de inchoandâ ſi ſermo ſit, notandũ eſt. Etenim C. Octov. Auguſtus (cujus major avunculus, *ceu Val. Forſt. l.c. c.31. n.1. ex Paterc. ac Svet. tradit*, Cæſar eſt) poſt tot & tantas

difficul-

difficultates, poſt tot & tanta diſcrimina (*de quib. in Vellej. Paterc. l.2., Eutrop. l.7., Tac. Annal. l.1. Oroſ. l.6. c.18 19.21., Joan. Sleid. l.2. de 4. S. I. p. m. 105. & ſeqq.*) in ſummo Imperio ſucceſſionem nactus eſt demum Cajô J. Cæſare, patre ſuô adoptivô, ab illis ipſis, quos recenti beneficiô ſibi devinxerat, quibusq; ignoverat, quòd bello Pompejano contra ipſum militaſſent, (M. nempe Brutô, C. Caſſiô, Cn. Domitiô, Treboniô, Q. Tulliô Cimbro, duob. Serviliis, Caſcâ, Halâ, aliisq; complurib. *Plut. in d. Cæſ. v., Flor. l.4. c.2. in fin., Dio. l. 44., Oroſ. l.6. c.17. Zonar. l.c.*) tribus ac viginti vulnerib. iniquè enecatô. Iniquè dico. Ità omnino ſtatuimus (venia ſit caſtro paulisper ex ſpatianti) contrà Bart. Keckerm. *in alter. par. Syſt. Log. p.367. & 523.*, atq; contra Beſold. *in Diſſert. Pol. de Rep. Curan. c.7. n.17.* Ità ſtatuit quoq; Nob. Reinking. *l.c. n.15. confer Forſtner. in not. Pol. ad l.1. Ann., Arniſ. de Rep. l.c. c.3. ſect.7. n.15. & ſeqq., Wilhelm. Becker. in Synopſ. I.P. l.1. c.1. n.3. & Arum. Diſcur. 2. vol.5. Junge Ærod. rer. judic. l.8. t.4. c. ult., & Tileman. Diſp. ff. 2. θ.30.* Licèt ſecundùm jura civium, uti Cic. vocat, licuiſſe videatur. Quod ſi enim Principi ultimô ſupplicii genere in eum animadvertere liceat, qui libertatis amãs ſibi & imperium & vitam adimere conatur; quidni etiam populo majeſtate pollenti eum perdere licebit, qui libertatis jura violare, extremamq; ſervitutem tentat illis imponere? Et certè, ante delatam illam Cæſari ab ipsô S.P.Q.R. poteſtatem dictâ eâ de cauſa Tyrannum è mediô ſi ſuſtuliſſent, fortè non prorſus improbandum: puta, ſi ratio ac incolumitas ſtatûs, qui tum temporis in R. Rep. viguit, omnimodè ſpectetur. *vi. poſt Tholoſan. 26. de Rep. c.7., Bodin. 2. de Rep. c.5. Jun. Brut. quæſt.3., Joan. de Terra Rubea Tract. 2. artic. ult., quem citat Dn. Beſold. l.c. n.16., & Arniſ. de autorit. Princip. ſemper inviolab. c.14. n.12.* Verùm enim verò, cùm naturâ adeò debere dicatur, cujus fidem ſecuti ſumus, *l.84. de R.I., l.5. de Uſur. ff., Nov.136. c.5., & l.12. C. de Uſur.*, & hinc graviſſimum fidem fallere, *l.1. prin. & l.25. ff. de conſt. pecun., fac. §.4. in fin. l.1. Depoſiti*, adeoq; nihil tam congruum ſit fidei humanæ, quàm, quæ ſemel placuerunt ſervare, *l.1. prin. ff. de pact., fac. l.20. C. de Transact.*, cùm etiam ipſæ S. literæ inter impios referant fidem negligentes, *Rom. c.1., Pſ.15., Prov.28.* quinimò hoſti adeò fides data minùs ſit infirmanda, *prolixè poſt Hotom. Illuſtr. quæſt.7. p.m.44. & ſeqq., Joan. Ludov. Langius in dec.1.*

 *quæſt.6.*

*quæſt. 6. Centuriæ ſuæ quæſt. ju.*, quid eſt, cur ceſſare velimus de Cæſaris interfectorib9 longè leviſſimam aliquam aſſerere perfidiam? Nam quamvis ille vel maximè invitis ſociis Remp. invaſiſſet, ex poſt factô tamen (ſic comuniter loquimur) ejus in Imperium conſenſerunt omnes. (*Petr. Martyr. claſſ. 4. c. 20 ſect 13., Joan. Winckelm. tom. 5. Diſp. Gieſ. 14. θ. 22.*); ſcilicet iſta, de qua ſuprà jam nos aliqua, tot ac tantorum titulorũ oblatione, atq; humillimâ rerum omniũ ſubjectione. *vi. Val Forſt. l. c. c. 28. n. 52. & ſeqq.* Adjice, quòd ſemel toleratum Tyrannum nulli liceat occidere, & eô ipsô crimen læſæ majeſtis committatur, *Gig. de crim. læſ. Maj. l. 1. rubr. qual. & à quib. crim. læſ. maj. comm. quæſt. 65. n. 3. & 6., Decian. in Tract. crim. l. 7. c. 5. n. 22., Farina de crim. l. M. quæſt. 112. n 29., & Georg.* Schönborner *l. 2. Pol. c. ult. in ſin.* Quî igitur Brutus cum ſuis ſociis criminis læſ. m. notam effugere poterit? Propterea quoq; ſinguli Cæſaricidarum ſummo & tremendo omnium peccatorum Vindici, qui omnes privatos adverſus magiſtratum, utpote qui non niſi ab ipsô ordinat9, arma ſumere, apertè prohibet *in 2. Pet. 2. v. 11. & ep. Jud. v. 9.*, (hinc tam graves ſenſere Dei iras Rechab & Baan. *l. 2. Sam. c. 4.*, Gaal & Sichimitæ *in l. Judic. c. 9.*) quive pro quôvis magiſtratu preces vult fundi *1. Tim. 2.*, meritiſſimas intra triennium pœnas dedere, *atteſtante poſt Svet. in vi. Cæſ. c. 89. Vincentiô in ſpecul. Hiſt. l. 6. c. 142.* Succeſſit, *dixi*, Auguſtus Julio in Imperiô Monarchicô. *vi. Æn. Sylv. de ort. & Autor. Ro. Imper. c. 6. Ità poſt Arniſ. in Doctr. Pol. l. 1. c. 8. cenſet Dn. Wendeler. in Philoſ. Pract. l. 2. ſect. 1. c. 5. quæſt. 2. confer Dn. Bened. Carpz. de L. R. G. c. 1. ſect. 8. n. 10. & 11.* At enim, *inquies*, comitia ſine populô ipſe Cæſar vix celebravit, *ſecundùm Plut. in Cæſ., & Svet. in ead. c. 41.* Reſpondeo ex Ariſt. *l. 4. Pol. c. 5.*, nullam tam ſubitò mutari poſſe Remp., quin aliquid præcedentis formæ retineat. Hinc, *uti idem Philoſophus docet l. c. c. 1.*, Reip. forma non ex gubernationis forma, ſed ex fine ac Principatus genere deprehendenda. Indulgere ab initio, quàm per omnia ſtrenuior eſſe, ſatius duxit Cæſar. Et ſapientiſſimè. Omne ſubitum ſubitaneum plerumq; eſt. Quod citò fit, citò perit. Cur Agis interiit? Quòd repentè nimis priſtinas revocare leges allaborabat. *Plut. in Agi.* Sanè verò indulgentia factum, non jus, innuit. Nobis autem de jure ſermo. Hâc ratione, quicquid mihi objeceris de Tiberio *ex Tac. l. 1. Annal., & Dio l. 58.*,

de Trajanô, *ex Plin. Paneg. ad Traj.*, de Severô, *ex Lamprid. in Alex.*; de Probo, *ex Vopiſc. in Prob.*, deq; plurib. aliis, confutabo. Hoc addo; fuiſſe nonnullos Impp. poſt C. J. Cæſ., qui ex ſocordia, (*ſic. Arniſ. l. c.*) quas ipſi gerere noluerunt, res Senatui permiſerunt. Firmatur hoc Tiberii imprimis exemplô. Hic, *Tac. l. 4. Annal. & Svet. in Tiber. c. 40.*, cum Capreas ſeſe aliquando conferret, vetuit edictô ſuum interpellari otium. Hoc ex deſidiâ, non debitô; hoc ex negligentiâ, non jure factum eſt. Siquidem Imperatorum corũ poſt Auguſtum nullus, illimitatam ſucceſſoriô jure ad ſe tranſiiſſe poteſtatem ignorare potuit: quòd omnis P. *R.* C. Octav. Auguſto majeſtatem, cujus Jul. Cæſar. jam antea robuſtisſimas radices poſuerat, neq; in ipsô, neq; in ſucceſſoribus deſituram, & omnibus conſumatam modis ac confirmatam, *Carpz. l. c.*, per ſanctisſimam aliquam & diſertisſimam legem detulerat. Hæc eſt Regia (non Rhemnia, *ut falsò legunt Alciatus in l. bona civit. ff. de V. S. & Coraſ. l. 6. Miſcell. c. 8. n. 2., quod ipſis monſtrat Prackm. de ſolut. Prin. pot. c. 3. n. 100. Alia olim fuit lex Rhemnia, ex quâ fronti calumniatoris litera K. vel C., quâ calumnia ſignificabatur, inuri conſvevit. l. 1. §. 2. ad Sc. Turpill. vi. ad eund. §. Dionyſ. Gotofr. ex Julian in Antiochio & Pitheo 4. Notar. Moſaic. confer. Cujac. Paratitl. in C. de calumn. circa med. p. m. 778. ex Cic. pro Roſc. Amer. & l. quæſitum. 13. ff. de teſti., & l. 7. Obſ. 13. prin. junge Althuſ. Dicæol. l. 1. c. 105. n. 40.*) illa Lex, de cujus origine, de cujus tenore ac veritate aliter hic, aliter ille diſſertat, imò quandoq; blaterat, ſomniat. Cumprimis habeas *Conn. l. 1. Commentar. jur. civ. c. 16. n. 3., l. 2. Arcan. Pol. c. 15. Clapmar., & Martin. Schockium, qui in epiſtolâ quâd. Groningæ editâ A. C. 1661.* temerarium atq; imprudentisſimum aſſertum L. *R.* appellare parùm parcit. Iſtis ante ipſum hoc biẽnium, & quod excurrit, doctisſimè doctisſimô aliquô de L. *R.* diſcurſu Dn. Joh. Frid. Scultetus J. U. L., Fautor meus ſingularis benè multis reſpondit. Illũ ad Diſc. ego jam quosl. omnino relego. Cujac. *l. 15. obſerv. c. 30. & Anton. Aug. lib. de Leg. c. ult.* legem *R.* ad unicam legem Papiam contrahentes dudum refellit Arniſ. *de Rep. l. 2. c. 6. ſect. 4. n. 38.* Adiſis hanc ob legem ante omnes *Dn. Ungebau. Exerc. Juſt. 2. q. 4. confer Tacit. Annal. 1., Strab. l. 15., Dio. l. 53., Val. Forſt. in H. I. C. R. l. 1. c. 32. n. 6., Thom. Lanſ. Diſcur. de L. R. jam Diſputationib. Baſil. inſertum, Juſt. Eccard. in explic. L. R.*,

*Paurm.*

*Paurm. de jurisd. I. R. l. 1. c. 5., Joan. Stuck. in Exerc. Juſt. par. 1. Dec. 1. aſſert. 6., Dn. Beſold. in Oeconom. t. 3. & 4. l. 1. ff. q. 8., Covarruv. in quæſt. Pract. c. 1., Coraſ. l. 6. Miſcell. c. 8., Joan. Calvin. de Princ. c. 1., Charond. 1. veroſim. 2., Reinh. Bachov. ad §. ſed & quod I. d. I. N. G. & C. n. 1. & 2. p. m. 19. & 20., Arnold. Vinni. ad eund. §. n. 1. p. m. 15. A., & ad illum §. Dd. comm.* Nos, quâ res apertâ & clara fiet, diſtinctionem cum Nobiliſs. Dn. Ungeb. adhibemus. Duplici ſenſu accipitur Lex Regia. Dicitur & à cauſâ efficiēte pro illâ lege, quæ lata eſt à primis Ro. Regibus (*quibus de ipſi nos ſuprà in c. 1.*); & ab effectu, per quam poteſtas Regia ſummumq; imperium à populo in Imp. eſt translatum. *vi. Liv. l. 37. & omnino Dn. Ungebau. l. c., poſt Tiber. Decian. l. 2. Tract. crim. c. 25. n. 2. contra Cujac. in not. ad d. §. ſed & quod. I. d. t., adq; eund. Giphan., Weſenb., Claud. David. & Harprecht; contra quoq; Paul. Manut. l. de LL. Ro., & Georg. Eberlin. in explic. t. de O. I. c. 11. n. 6.* Sanè quidem poſteriori modo Regiam L. ſi ſumas, veroſimile eſſe, eam de C. Oct. Auguſti Imperio demum latam (ob id videtur vocari à Paulo J. C. Lex Auguſti, *in l. apud eum. de manumiſſ., & in l. un. C. de cad. toll. §. hæc autem 14.* ab ipsô ſacratisſimô Principe noſtrô Juſtinianô privilegium Auguſtum,) haut inconſultò credimus. *vi. præter multos Borcholt. ad d. §. ſed & quod n. 13., Ungeb. q. d. Exerc. d., Bachov. l. c. & Dn. Beſold. Synopſ. I. P. par. 1. c. 3. & in tracta. de Monar. c. 4.* Qui ad Veſpaſiani tempora legis R. nativitatem rejiciunt, refutantur ab Ungebau. Iſtius legis fragmenta exhibent poſt *Eccard. l. c., Joan. Bart. Mar. in antiq. Ro. Topogr. l. 2. c. 9., Mariū Salamoniū l. 6. de Principatu, Dn. Carpz. l. c. n 18. & Beſol. d. Diſc.* Quicquid autem eâ de lege Regia (quæ etiam Lex Imperii audit *L. ex imperfecto 3. C. de teſtam., & ap. Tac. l. 3. Annal.* Lex Majeſtatis) autores diſputent, noſtrum hôc locò, quicquam certi rigerosè de ejusdem ortu, vel quibus verbis olim lata, certis omnino definire, vix eſt. Nobis, quòd per ipſam legem ſummum in res omnes tum ſacras, tum maximè profanas, judicium arbitriumq;, *Hotom. Quæſt. Illuſtr. q. 1. p. m. 2.* Principibus ſuis, & Monarchicam prorsùs majeſtatem S. P. Q. R. (abdicativè ſ. privative, uti quidam loqvuntur, non communicativè ſ. cumulativè; id quod prolixè evincit contra Limn. *Tom. 1. I. P. l. 1. c. 12. n. 87. ex Dn. Bachov. l. c. Dn. Fibig. Colleg. Legal. publ. Exerc. 1. q. 4. in ſemid.*) dederunt, nunc ſufficit. *vi. l. 31.*

*ff. de*

*ff.de LL.,l.1.prin.ff de Conſt.Princ.,l.2.§.noviſſimè.11.ff.de O.I.,l. un.ff. de Off.Præf.Præt.,l.1.§.ſed in hoc.7.verſ.& nemo.C.de V.I.E.,d.§ ſed & quod I.de J.N.G.& C.,Conſt.de Concept.ff. ad Tribon.§.ſed & hoc.7. verſ.& nemo.,& præf.Nov. de COSS.105.* Eò ſpectant illa Neronis Cæſaris *ap.Sen.de Clem.l.1.c.1.in prin.* ; ego ex omnibus mortalib. placui electusq; ſum,qui in terris Deorum vice fungerer, ego vitæ necisq; gentibus arbiter. Qualem quisq; ſortem ſtatumque habeat, in manu meâ poſitum eſt,&c. Quoniam verò, quòd Regium omnino cognomentum primi Ro. Cæſares minùs habuere, nonnullis obſtat, quô ſibi minùs illorum Monarchica majeſtas ac abſoluta (adeoq; Monarchicus Ro.Reip.ſub Cæſarib.iſtis ſtatus) perſuaderi poſſit, quædam huic capiti dubii ſolvendi cauſa addamus,neceſſum multùm videtur. Et verò Bodino præprimis *l.2. de Rep.c.1.n.186.*titulus Principis,qui primorum Impp.erat, valdè ſuſpectam reddit eorundem poteſtatis ſummitatem. Reſpubl., *inquit*,Rom. ſub Auguſto ac ceteris deinceps Impp. usq; ad Flavium Veſpaſianum Principatus dicebatur &c. *Iſtis ſubjicit ea Svetonii de Caligula ,in vi.Calig. c.22.* non parum abfuit, quin ſtatim diadema ſumeret, ſpeciemq; Principatus in Regni formam converteret. Ex quibus intelligitur,*pergit Bodinus*, ſub Auguſto poſt Actiacum bellum nec popularem ſtatum, nec Optimatum, at ne Regnum quidem fuiſſe. At Principatus aliud nihil eſt, quàm Optimatum aut populi ſtatus, cui unus aliquis præeſt, qui à Latinis Prætor (à præeundo) & Princeps,i.e.primus appellatur. *Hactenus ille.* Primos Ro.Cæſares Principes dictos ipſe haut inficior. *vi.Apulej.Metamor.l.10.& 11.,Tacit.l.1.Annal.,I.proœm.inprin.,l. d.31. ff.de LL.,l.1.de Conſt.Prin.& complures Conſtit.Juſt.* Ejusmodi verò, cujusmodi ſibi Bodinus fingit,Romani Principatûs conditionem fuiſſe,hoc eſt,quod egonegito. Et quî ex Svetonii iſtis torquere poterit Bodinus, quod falſiſſimè tradit? Tantum ſanè abeſt,ut Tranquilli illa verba pro ipsô ſtare poſſint,ut potiùs contra ipsũ omnimodè. Brevibus declarabo. Principatus Auguſti,quod mox adjungam, eadem, quæ Regnum, jura habebat; licèt inſignia Principis ( externus ille cultus ) â Regiis differrent. Notum eſt ex probis LLinguæ ſcriptoribus , ſpeciem imperii inſignia ejusdem interdum indigitare.*Ità hanc vocem Tacitus paſſim uſurpat, ità*

 *Horat.Ep.l.1.ep.6.v 49.,ità Claudian. de quartô Conſulatu Honor.v.83.* Per ſpeciem igitur l. c. Svetonium, quam Regno opponit, nihil, niſi externum quoddam imperantis ornamentum denotare, prorsùs cenſere debemus. Noſtram ſententiam adjuvat, quòd Sveton.innuit, Caligulam ſolâ diadematis ſumptione, quod ſi voluiſſet, Regem fieri potuiſſe. Adjuvat etiam, quòd ipſe Caligula ſæpius in ore habuit: οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεὺς, quô inferiores tangebat Imp. *Sveton. l.c. ex Hom. 2. Iliad.* Malè itaq; Tranquillum aut intellexit Bodinus, aut certè, quod aſſolet, intelligere noluit. Et ſic arenoſô Bodini fundamentô (lubricâ ſc.verborum Hiſtorici interpretatione) collapsô, corruat ſimul neceſſe eſt ſuperſtructum. Pertinax tamen nihilominus eſt Bod.in violandô Ro.Impp.Regiam Majeſtatem, hancce ideo ab illis abfuiſſe contendens, quòd nomen defuiſſet. Falſiſſimum. *Conſule Dn.Beſold.de Monar.c.4.* Quaſi verò ſuperbisſima etiam regentis cognomina abſolutâ ipſum Majeſtate accumulare poſſent. Non faſtuoſisſimi, non omni humanô pondere graviores, & ipſi adeò divini tituli Majeſtatis cauſa; ſed inviolata ſummi ac illimitati Dominii jura. Moſchovitarum ſupremus Magiſtratus, tametſi appellatione Dux, reipsâ tamen certisſimè Rex & quàm potentisſimus Monarcha eſt. Aliquando quoque Baſilius I. Magnus Dux, qui Tartarorum ſervitutem primus excusſit, ipſe Magnum Dei Cubicularium & Regem ſeſe appellitavit. *Bod.de Rep. l.1. c.9.num.143.* Alia jam ſupprimimus exempla. Quantô ſæpe intervallô nomina diſtent à rebus, hæ contrà ab illis, verba à factis, facta à verbis, plurimis diſputatum exemplis eſt ab Arniſ.*de Jur.Maj.c.1.n.1.2.&3.&c.c.5.n.9.* Quin imò jam ipſe Stagirites in Anteprædic. quædam dicit de ſubjectis prædicari, quæ non inſint, & quædam ineſſe, licèt minùs prædicentur. Ceterùm, ut noſtra reaſſumus, Principes Romanorum abſolutisſimos Reges fuiſſe, Bodinum præter alia vel ſolum Auguſtum Privilegium, cujus illi ineffabili atq; immensô ſplendore ſupra alios imperantium omnes ſupramodum collucebant, poterat quàm facillimè edocere. Argumentor porrò: Quicunq; Magiſtratus ſolus omnibus juribus pollet Majeſtatis, ille abſolutus nobis planè venit nominandus. Idem verò de Ro.Principe indubitatum eſſe, nul-

nullus non qui prorſus non occæcatus, ex hiſtoriis ad ſacietatem ipſe poteſt elicere. Quod ſi leges univerſales, uti vulgus vocant, (ut potiſſimum ſaltem, & ſupremum Dominii caput, *Herm. Kirchn. de Rep. Diſp 2. ad th. 5.*, aſſpiciamus) ſummæ majeſtatis ſymbolum eſt, *Andr. Knich de non prov. Sax. ju c. 5. n. 28., Arniſ. l. c. l. 1. c. 3., Anton. Coler. de ju. Imp. Ro. ſect. 184. & Bod. l. 1. de Rep. c. 10. n. 150.*, quis abſolutam Ro Principis majeſtatem in dubium vocabit. *vi. §. 4. c. 2. Nov. de COSS. 105. & d. §. I. de I. N. G. & C. l ſi imperialis. 12. C. de LL. in pr., & l fin., confer, quæ notavi ſuperiùs aliquantò h. in c.* Nihil itaq; lividiſſimæ Bodini criminationes, nihil poſſunt inconſultiſſimæ calumniæ. Convitia iſtius, queîs Auguſtiſſimos ſubdolè contingere nihil timet, inconſultiſſima ideò dico, quòd ſui immemor ipſe ſibi in eôd. de Rep. volum. (en Antegavenſis noſtri JCti conſtantiam!) *l. 4. c. 1. n. 357. lit. C. p. m. 599.* turpiſſimè contradicens apertè ſatis priora ſua hiſce explodit: ex quô (*videlic. in antecedentibus quædam ſumma ſummæ Auguſti majeſtatis jura enarrat*), perſpicitur, *inquit*, Auguſtum verbô quidem Tribunum pleb. ac Principem appellatum, reipſa Regem fuiſſe. *Et l. 1. c. 4. num. 24.* Conſtantini M. (à quô Aquila Ro. biceps facta fertur, cùm Imperium in Orientale & Occidentale diſcinderet, *vi. Dan. Otto. JC. ap. Arum. Diſcur. Academ. vol. 5. Diſcur. 2. c. 4. p. m. 59. ex Euſeb. de vi. Conſt. M. c. 51., Petr. Greg. 6. de Rep. c. 13. n. 18. 19. l. 25. c 1. n. 7. Freher. not. ad Andlo libr. 2. cap. 5. & 14. & aliis*) imperium Principatum vocat, cùm ipſe tamen circa hujus Imperatoris tempora Regium Ro. Reip. ſtatum adſtruat. *Huc illa pertinet quæſtio*, an Senatus autoritas, quæ plusquàm mediocris ſub Principibus quoque (quemadmodum ex hiſtoricis aliisve ſcriptorib. excerpo, *Dio. l. 55., Suet. in Tiber. per t. Chriſtoph. Beſold. in Diſcur. Pol. de Monar. gener., ubi hunc in fin. citat Piſon. Soacium tr. de comparat. Rom. & Venet. Magiſtr. ſub n. 18. &c, Paulum Buſ. in l. 2. de Rep. c. 7. & 8., & Joach. Clut. in Paradox. th. 15. tom. 2. Diſp. Baſil.*) fuit, ex Majeſtate Imperatorum Monarchicâ decerpſerit? Equidem ſolida ejusdem quæſtionis enodatio plus otii & loci, quàm à noſtrô fortè inſtitutô impetrare poterit, requirere videtur. Ne tamen intactum aliquid eorum, quæ facilè circa hoc thema noſtrum agitari poſſent, ignavi relinquamus, huic etiam negotio, quanquam duas ſaltem lineolas ducendô,

 minùs

minùs deerimus. Senatum Ro. ſub Cæſarib. etiam egregiis ſplenduiſſe juribus nunquam non nos concedimus, tanta verò ea fuiſſe, quæ Imperatoriam Majeſtatem infringere potuiſſent, id eſt, ad quod nos ubiq; renuimus. Quicquid enim Senatui licuit per Auguſtum, Teberium, Claudium, & alios, aut ſingulari quâdam & callidâ eorundem indulgentiâ, aut Reip. ritè gerendæ neceſſitate, interdum etiam deſidiâ, quod jam antea monuimus, factum eſt. Neſcit namq; regnare, qui diſſimulare neſcit. *vi. 1. Sam. 10. v. 27.*, Auguſtus conceſſit, Senatum per ſe interdum judicare, ac reſponſa Regum quorundam ac populorum Legatis dare, *Xiphil. in Auguſt.* Tiberius Conſiliariis atq; Senatoribus poteſtatem fecit quandoq; ſibi contradicendi, *Dio l. 55.*, imò verò prope ipſum humanitatis modum in ſingulis devenerandis ille Imp. exceſſit. *Svet. in vi. Tiber. c. 29. 30. 31. & paſſim.* Sub Nerone multa ſolô Senatûs arbitriô conſtituta ſunt, *Tacit. l. 13. Annal.* Sed quid illæ Imperatorum indulgentiæ, quæſo, ac ſpecioſæ laudes, quàm meræ ſimulationes ac diſſimulationes, aliud fuere? Nimirum intellexerunt callidiſſimi, per Senatorum factiones Romanum pop., ut priſtinum Reip. ſtatum novô Monarchâ vi pulsô repeterent, faciliùs commoveri poſſe. Plus potuiſſe Imperatores ex propriâ majeſtate, quàm quidem Romanorum Senatum, vel exinde nobis nequit eſſe obſcurum, quòd non raro hic ab illis minimi æſtimatus ac jugiter deluſus eſt. Equidem Caligula lautiore convivio aliquando effuſus ſubitò in cachinnos (*Svet. loquitur in Cal. c. 32.*) COSS., qui juxta cubabant, quidnam rideret, blandè quærentibus; quid, *inquit*, niſi unicô meô nutu jugulari utrumq; veſtrûm poſſe? Idem COSS. aliquando oblitis ſuô de natali edicere omnino abrogavit Magiſtratum. *Svet. l. c. c. 26.* Quam miſerè levi de cauſa Senatorem quendam ille ipſe in Curiam ingreſſum diſcerpi ac dilacerari juſſerit, *videtur in Svet. d. l. c. 28.* Tiberius Cæſar, ut alias Ro. libertatis haut deſes patronus fuerit, multa tamen publicè, quæ ſibi diſplicuerunt, contra Senatorum Decretum in eorundem conſeſſu penitus correxit. Optimè M. Antoninus Cæſar: Magiſtratûs de privatis (*puta ordinariè, niſi fortè vim publica decidendi Princeps ipſis concedat*), Princeps de Magiſtratibus, Deus autem de Principe decernit. *vi. Lampad. de Rep. R. Ger.*

par.

*par.1.n.41.* Plura hîc addere ſuperſedeo. Præcipuè, cum quilibet, qui novit, quòd voluntarius actus neceſſariò vix unquam in legem coaleſcat, (niſi fortè juſſus ejus, qui major, neceſſitatem inducat facientis arbitrio) nihil quicquam derogatum fuiſſe Imperatoriæ Majeſtati per quorundam Cæſ. ſolertiam, imò ſæpe etiam ſocordiam, in quibusdam, & ſingulare quoddam ex Senatu aliquibus indulgere, facilè capiat. Quod diximus, neceſſitatem quoq; expoſtulaſſe, ut quædam jurisdictionis jura ſuis Senatoribus Impp. committerent, veriſſimum eſt. Quomodo enim Princeps Ro. illis carere potuit, quorum conſiliis & auxiliis univerſa Reip. regi ſi benè debuerunt, neceſſe fuit? Enim verò ubi deſunt matura conſilia, corruit populus. *vi. hominum ſapientiſſimum in Prover.c.1.,5.c.10.,8.,c.11.,14.,c.15.,22.,& c.29.,28. Eccleſ.c.4.,9., Siracid. c.9.& c.37.,1. Chron.c.12.,& 2. Chron.c.15.,3.4.* Periculoſiſſimum eſt, quod ſi ſolus ſibi confidat is, qui errare ac decipi poteſt, cum ſuâ ſcientiâ nemo omnia poſſit complecti. *vi. Tac. Annal.l.3. confer Gwevar. Horolog. Priuc.c.58.* Pauca quidem unus videre vel audire poteſt. *Altuſ. Pol.c.22. confer Lipſ.l.3.c.2. Pol., Antimach.l.1. theor.1.* Hinc, quàm ſapiens, ſuperbus magis ac ſtolidus putatur Princeps, qui de ſuâ ſententiâ ſingula gerere inconſultò gaudet. *vi. Liv.l.44. confer Hippol. à Collib.c.9. de Princ. & Conſiliar.; atq; Petr. Gregor. de Rep.l.24.c.1. & ſeqq.* Jure igitur res Imperii cum Senatu ſuô Romanorum Imperatores communicare ſemper voluerunt, imò debuerunt. Propterea nequaquam ſceptra eorundem diminuta ſed multis nominibus potiùs ſunt adaucta. Ut ne v. diſcurſus noſter in tot tœdioſas paginas excreſcat, ilico nos ea, quæ finem huic capiti impoſitura ſunt, accerſemus. Et videtur præprimis adhuc ſubnectendum id tempus, ad quod usque Rom. Monarchiæ ſarta tectave jura permanſere ſiugula, ſive, quô ferè primùm ſuis abſolutè prorſùs imperare deſierint Cæſares. Præmonemus hîc, nos poſthæc nullâ certâ attentâ ætate, nullôve accuratô diſcrimine, Monarchas Ro. Imperei indiſtinctè appellitaturos fore *vi. omnino Dn. Arum. Diſcur.14. vol.1* & Principes, (unde id cognominis *vi. Arniſ. de Rep.l.2.c.6. ſect.4.n.4.*) & Imperatores (de quô præ nomine *vi. Svet. in Cæſ.c.76., Diol.53. Appia de B.C.l.2., Tac. Annal. l.3., Cæſ. B.C.l.2., Cic. Philipp. ult., & Jul. Polluc. l.7. de geſt. Cæſ.*) & Auguſtos

 (ab

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6900-p0037-3

(ab auguriis ſic dictos, *vi. Dn. Ungeb. Exerc. Juſt. 1. q. 4.*, vel reſpectu adminiſtrationis ſi mavis ab augendo. *vi. Hegeſipp. l. 5. excid. Hieroſ. c. 15.* Hinc illud Germ zu allen Zeiten mehrer des Reichs. *vi. Gloſſ. in rubr. d. N. C. F., & in proœ. I. vo. Auguſtus., Claud. David. in velit. Leg. in pr. n. 8. atq; Everhard. JC. in Top. loc. ab Etymolog. n. 9.*) & Cæſares (à Jul. Cæſare per *prin. Nov. de COS. Cappadociæ. 30.* ſpretis iſtis, quæ Vives coacervavit *in addit. ad vi. Cæſ. Svet. ſub t. Cæſarum familia*) quanquam aliqua interdum inter Cæſarem ac Imperatorem intercedat differentia; quando nempe & ſucceſſoribus Imperii id nominis attribuitur, quemadmodum *in l. nemo. 5. & l. & ſi 7. C. de Malef. & Mathem. vi. Roſin. l. 7. A. R. c. 13.* Hi Germanis ſunt die Römiſchen Könige/ Gallis Delphini, & Hiſpanis Infantes. *Gotofr. ad d. l. 7.* Et quidem Dn. Arniſeo *l. 2. de Rep. c. 6. ſect. 5. n. 9.* ad id tempus reducenda videtur purè Monarchicæ gubernationis in Imperio Ro. prima imminutio, quô ipsô Electorum hodiernorum tanta invaluerit autoritas; verùm apertè ſatìs hiſtoriæ, inquas mox intuituri ſumus, refragantur. Commodè vix deducemus, quod debemus, niſi primô locô intentiùs in veram Electorum originem inquiſiverimus (*quam certâ de causâ datâ h. l. occaſione contra pollicitam brevitatem prolixiùs perſequemur*), eâq; inventâ poſtmodum, ante ipſos jam natos dudum Ro. ſceptra limitata quodammodo ac reſtricta fuiſſe, probaverimus. Electorum voce indicamus Septemvirorum illum Germaniæ Senatum (*hodie Octoviros eſſe, non ignoramus. Quoniam verò tum temporis numerus iſte ignotus, & verò nobis de priorib. ſeculis ſermo, non de præſenti, meritò Octoviratûs mentio hîc nulla eſt*) à quô Imperatorum quilibet hodie eligitur. De ipſorum natali varii variè. Quid igitur certi nos ſtatuamus, vix à tot diſſentientium JCtorum & Politicorum multifariis opiniobus, vix à tantô diſcordantium Hiſtoricorum cœtu ſatìs edoceri poſſumus. Deliô natatore opus eſt. Sanè res multùm intricata, ac conjecturarum nebulis denſiſſimè obvoluta. Etenim rerum à ſeſe geſtarum veteres Germani exigua, & prope nulla monumenta reliquere, licèt aliæ gentes vel levia ſua plenis buccis atq; copioſô bene ſtylô prædicarint. *Fox. in Dial. de Hiſt. Inſt. Bod. in Method. hiſt. c. 4.* Eò autem exactiùs nos incunabula Archiprincipum Electorum quæſituri videbimur, quò laborioſiùs & pertinaciùs

anti-

antiquisſimis hiſtoricorum ſcriptis, ac minùs hoc aut antecedenti ſeculô editis, adhæſerimus. Qui ad Ottonem III. Septemvirorum noſtrorum natales referre ſatagunt, ſuam ſuis rationibus opinionem neutiquam nobis perſvadebunt. Etiamſi iſtius ſententiæ adeò magnum eſſe præjudicium, & tot teſtibus omni, utì videatur, exceptione majoribus munitum, ut haut malè facere credantur, qni eandem conſtanter ſequi non dubitent, Nobiliſſ. Dn. Heigius *par.1.quæſt.Illuſtr.3.n.13.* multis adhortetur. Pro eâdem corroborandâ l. c. in teſtimonium vocat *Vincent in ſpec., Albert.Abb.Stad.in Chron., gloſſ. Hoſtienſis in c. Venerabilem.de Elect., Tritem.in Chron. 244., Leopold. Babenberg. de jure regni & Imp.c.2.6 12, Rudolph.de Columna de translat. Imp. §.penult., Alberic.de Roſate in Lex.in verb.Electores., Marſil.Patavin. de translat.Imp.c.11, Antonin Flor.Hiſt.p.2.t.16.c.4., Platinam in vi.Gregor.V., Naucler.Gener.34., Blond.Decad.2.l 3., Albert. Crantz.Saxon l.4.c.25., l.9.c.29. Metrop.l.3.c.46., Sveciæ l 5 c.10., Vandal.l.3.c.15., Franciſc.Irenic.Germa.exeg.l.3.c.29.33.34., Munſt.in Coſmogr., Molin.ad Conſvetud. Pariſ.t.1.§.1.n.31.& ſeq.in edit.primâ A.38.editâ, Sleid. de 4. Mon. l.3., Henric Muti.de Orig.Germ.l.14., P.Albin. de famil. Witikind. fol. 120. & ſeq ubi Volatera. Spalet. & Fabricium allegat, & pag.144. & ſeq. & Chron.Miſn.par.1.c.16., Flac de transl.Imp.c.5., Simon. Schard. de Orig. Elect.c.1., Cruſ.de Epoch.regnorum.c.penult.* Illis autem ſubſcribunt præter *Herm. Kirchn. de Rep. Diſp. 4.n.2.in Appen.*, præterque illos, quos enumerant *Dn.Reinh.* König *in Theatr. Pol. tripar.par.1.c.34. n.2.*, Arniſ. *l.c.n.9.*, & Crug.in Colleg.Pol. *Diſp.4.th.127.*, Cuſpinianus *in Ott.III., Cluv.in epit.H.U ſub Ott.III.p.m.453. & ſeq., Wagn.Inſt. H.l.7.in vi.Ott.III.p.m.552.*, aliive quàm plurimi, quos congregavit *Dan.Otto ap.Arum.Diſcurſu.Acad.de I.P.Diſcur.2.c.10.p.m.93. & ſeq.* Sed certè multitudo tanta nulla eſt, quæ ſolidâ ac decenti errorem veritate ſatis poſſit donare. Hinc ſingulorum commentatio de ſanctione Ottonianâ opinabilis ſemper meritò viſa eſt Tobiæ Paurm. *de jurisd.Imp.R.l.2.c.2.*, cùm ſolis illa conjecturis nitatur. Tot Rom. Imperatores longis poſt Ottonem III. temporibus dantur, ex quorum electione aliud prorſus probatur, quot vix integrum hoc paginæ hujus reſiduum ſpatium capit. Quod ſi ſolius autoritatis illorum Principum, qui Electorum hodie titulô

gau-

gaudent, jam Ottonis III. ætate electionis jus fuit, cur, quęſo, A. C. 1001. mortuo ſine herede Ottone III. Henricus, patre Hezelone, natione Noricus, ejusdemq; gentis Dux ab omnibus regni Proceribus eſt electus? *Otto Friſing. l. 6. Chron. c. 27.* Cur Conradus II. defuncto ſine filiis Henrico, conſilio anteceſſoris ſui ab omnibus unà Imperii Ordinibus Imperator ſalutatus? *Id. l. c. c. 28.* Cur pro electione Henrici IIII. Moguntię quinquaginta & duo Imperii Ro. Principes, tum Eccleſiaſtici, tum Laici congregati ſunt? *Abb. Urſp. in Chron. A. 1106.* Cur comitiis publ, ex Univerſi Transalpini Regni Principibus & quibusdam Italiæ Baronibus præſentibus Fridericus Barbarosſa, ut de multis anteceſſoribus nihil dicamus, ad Cæſareum tribunal evectus fuit, quod factum eſt *juxta Cuſpin.* ſexageſimo ſupra centeſimum anno poſt Ottonis III. obitum? *vi. Ottonem Friſ., qui comitiis iſtis ipſe (Dn. König l. c.) interfuit, l. 2. c. 25. de geſt. Frid.* Præterea Hiſtoricorum, qui conventûs imperiales & comitia particularia Imp. vel Regis Rom. eligendi gratia inſtituta deſcribunt, & Italorum & Germanorum vix ullus vocis Electorum, nedum ordinarii hujusmodi officii, mentionem fecerunt; quemadmodum obſervat poſt Dn. Petr. Heig. l. c. Reinh. König *l. c. n. 4.* Sequitur ergò nihil eorum, qui dictæ opinionis patroni ſunt, ad Lydium hiſtoriarum lapidem excuſſum eſſe, cùm, id quod Arniſ. *l. c. n. 3.* annotat, nemo ferè iſtorum ante Rudolphum Habsburgenſem vixerit. Ipſe Dom. Heigius, acerrimus aliàs communis illius opinionis propugnator, ubi ad hiſtocam probationem devenit *l. c. n. 29.*, haut perfunctoriè hæret, quòd omnes à ſe pro ſuâ defenſione citati autores non ſint αὐτόπται. Mirum itaq; eſt, cur tantos viros & tot tanta aſſentiendi in re incertâ libido tantopere occupaverit. Nobis autem hactenus expoſitam ſententiam inficiantibus de eorum, qui Carolum M. Septemvirorum hoc Collegium conſtituiſſe autumant, quid videatur, faciliùs quilibet ipſe, cùm Carolus centeſimo & octogeſimo, *ſecundùm communem ſupputationem*, ante Ottonem III. anno regnare deſierit, cogitare poterit. Sunt *Jordan. in Chron. t. qui Principes., Chron. Scabinor. Madeb. in hanc op. citatum à Cyriacô Spangenb. in Chron. Sax. c. 86. & 116., & Erpol. Lindenb. in vi. Caroli M. p. 218. citante Heig. l. c. n. 10. confer Cruſ. in Annal. Svev par. 2. l. 5. c. 7. ac Dreſ-*

*ſer.*

*ſer. de translat. Imp. contra Bellarm.* Eod. modo reſpondebimus
monumentis Aquilienſis Eccleſiæ, quæ habet Dn. Carp. *de L. R. G. c.*
*10. ſect. 5. n. 12.*, Marſilio de Menandrino Paduan. *de translat. Imp c. 11.*,
Matth. Palmer. *in Chron. A. 1004.*, Donat. Boſſio *in Chronol. A. 1004.*
*&* Nicolao Cuſano Card. *de Concord. Cathol. l. 3. c. 4.*, Henrico II.
Imp. & Sylveſtro II. Pontifici Electorum inſtitutionem adſcriben-
tibus. Eôdem M. Theodor. de Niem in Ne. eandem in Conradi II.
tempora collocanti. Eôd. M. Molinæo *in edit. poſter. commentar. ad*
*conſvet. Pariſ. t. 1. num. 65. & ſeq.*, Electorum ortum ad Conradum
II. & III. Impp. confusè referenti. Calviſio *in Chronol. Ann. 998.*
*& Ann. 1208. in fin.*, Gerlacoque Buxdorff. *in Diſſertat. ad A. B.*, ex
decretô quodam in Comitiis Francofurdanis eâ de re factô *ap.*
*Melch. Goldaſt. tom. 3. Conſt. Imp. A. 1209. fol. 371.* ( *NB. idem decretum,*
*quod iſtos movit, ipſemet Dn. Goldaſt. impugnans l. 3. c. 5. n. 9. in Bohem.*
*non Ottonis IIII. eſſe, ſed à Joan. Baptiſtâ Egnat. in vi. Otto. confictum,*
*tradit*) Septemviralis Imperii Germ. Senatûs inſtitutionem Ottoni
IIII. attribuentibus, eôdem quoq;, quô prioribus, modô nos re-
ſpondebimus. Jam Pontificiorum etiam ambitioni obviam no-
bis eundum eſt. Multa uſurparunt Rom. Pontifices, multa ſibi in-
debitè arrogarunt. *Marc. Anton. de Dominis Archiep. Spalat. de Rep.*
*Eccleſ. par. 3. l. 7. c. 5. n. 1. in pr.* Equidem Pontifex non vult videri Do-
minus Dominantium, ſed ſervus ſervorum, quam humilitatem i-
pſe ab initio (Gregorius I., qui Magnus aliàs, fertur primus feciſ-
ſe. *vi. Ad. Buchol. in Ind. Chron. ſub A. 590. Mauritiô Imp.*) ſimulavit Pa-
pa. *vi. Bod. de Rep. l 1. c. 9. n. 131.* ſed quò non excrevit faſtuoſa iſto-
rum ambitio? *vi. Joan. Sithm. in Nucl. J. C. I. ad pr. proœ. p. m. 39.*
Chriſto eſt data omnis poteſtas in cœlo & in terra, hujus Vica-
rius, juxta ſanequam impias ac blaſphemas Bonifacii VIII. ine-
ptias *c. unam ſanctam. Extra. com. de major. & obed.*, *quas Staplet. in*
*explic. c. 6. Luc., citante Crugero, recoquit*, Papa eſt. Papa, *ſecun-*
*dùm c. inter corporalia. c. quanto X. de Translat. Epiſco. c. ad Apoſtolic.*
*§. nos itaq; de ſentent. & re judic. in VI.*, omnia facit, uti Deus. U-
trumq; gladium eundem tenere, omnes judicare, à nemine ju-
dicatum iri, *docet c. donare ſanctam. X. de Major. & obed.* Infra Pa-
pam longè Imperator eſt. Lunæ hic, ſoli ille comparatur. *c. ſollici-*
*tam. d. t.* Mirari ergò nequis, quid ità minùs erubuerint Ro. Sacri-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6900-p0041-6

ſiculi Electorum noſtrorum inſtitutionem ad anteceſſores ſuos (ceuprodunt ipſorumGnathones)arrogantiùs deducere.Quanquam benè ſatis temerariè.Alii enim,*inquit M.A.de Dom.l.c.par.2.l.6.c.11.n.30.in med.p.m.831.,lit.D.*,GregoriumV.,aliiGregorium X., alii Innocentium IIII.autorem faciunt.Gregorium V.autor libri de Regim.Princ.*l.3.c.19.,& Auguſtin.Triumph.ſum. de poteſt. Eccleſ. q.35.ar.2.* Gregorium X.*Aventin l.5.Annal.Bojo.& Onuph.lib.de Comit.Imp.c.6.*Innocentium *Baron tom.10.ad A.996.n.56.* Loqvuntur autem indiſtinctè pro eâ, quæ Pontificem Septemvirorum autoritatis parentem facit,ſententia præprimis,quos Arniſ. *l.c.n.12.* recenſet: *Hoſtienſ.in c.Venerab.de Elect.,Joh.Andr.iu c. ad Apoſtolicæ.de ſentent.& re judic.in VI.,& in d.c.Venerab.,ubi Card.Flor. §.1. col.3.in VI.q.n.7., Lancellot.in templ.judic., Hieron.Balb.de Coron. Imp.,Platin.in Greg.V., Anonym.Chron.antiq.Norinb.excuſ., Alciat. de ſingul.certam.c.32.,Volater.l.22.Anthropol., Ludo. Molin.tr.2.de juſt.Diſp.24.,& qui præter eos referuntur à Bellarm.l.3.de Transl.Imp. & Meibom.in not.ad l.3.Monar.Sleid.*Equidem audaciſſimis figmentis idem,quod Schard.,*l.c.c.1.*,eorum opinioni, qui à Carolo M. prognatos perhibent Electores,obvertere poſſem; nullâ nempe indigere refutatione; attamen ut planè inſalutatum aliquid ad noſtrum diſcurſum pertinens nos ne dimittamus,potiſſima ſaltem,quibus rejici poſſunt Papicolæ,dicemus. Primô igitur locô aſſerimus,per ea,quæ ſuprà modò protulimus, ne hilum quidem veritatis ſomnia iſtorum blateronum ſecum ferre poſſe. Ubi res teſtimoniis confirmanda, ibi vix ulla præter domeſtica quædam falſiſſima (quæ dudum Arniſ.*c.ſect.*redarguit poſt Illyric.*in lib.de transl.Imp.*,qui admodum acerbè à Bellarmino *d.l.c.4.* exceptus exagitatur) miſerè exhibere (extant egregia ſcil. iſta *in c.3.Bellarm.de transl.Imp l.3*,& ſunt imprimis concilium Viennenſe *in c. Rom.de jureju.inter Clement.*,& c.Venerab.*§.verum de Elect.*) ſatagunt. Juvat certè riſui parumper hîc loci indulgere. Stupendæ ille eruditionis Vir Bellarminus, qui ob immenſam ſcriptorum ferè omnium exactam cognitionem miraculum ſuis ſemper, dum ſuperſtes eſſet, videbatur,in re ſuâ idoneum teſtem nullum intelligi,*ff.de teſt.l.nullus.10.,& l.omnibus.10.C.eod.vi.Joan.Oldendor.in Enchir.Except.contra teſtes & teſtim.22.p.m.154.*, turpiſſimè

igno-

ignorare potuit. Commentiri Bellarminum ac aſſeclas, ex eô inſuper liquet, quòd Gratianus Conſtitutiones ac ſtatuta Pontificum conſcribens ne verbulô quidem Electorum tetigerit conſtitutionem, uti incomparabilis Dn. Herm. Conring. monet *in Diſſert. quad. de Septemviris habitâ Helmſtadii A. h. ſ. 44tô. th. 24:* cùm tamen alias devoti juratiq; iſti Ro. ſedis adulatores vel minima quæq; amplisſimis extollere asſoleant. Porrò & Antoninum Florentinum, & Martinum Polonum, & alios Eccleſiaſticæ factionis plurimos Gregorianam illam ſanctionem pede maximè ſiccô præteriiſſe, obſervavit Dn. Arniſ. *l. c. num. 22.* Proſtat hodieq; in Baſilica Divi Petri elogium ſepulcrale Gregorii V., in quô omnia præclarè ab ipsô geſta enumerantur; hujus tamen conſtitutionis prorſus nulla fit mentio. Probabile autem haut eſt, rem tanti momenti in hôc monumentô deſiderari poſſe. *vi. Dn. Herm. Conring. l. c. in fin.* Quisquis propterea Pontificiorum auritos ac oculatos teſtes legitimos nuncupaverit alios, ille demum magnus mihi erit Apollo. Interim verò credimus, opinionem Papicolarum iſtam tam diu eſſe ineptam, quam diu in domeſticis ac illegitimis fundatur teſtimoniis. Plura & prolixiora, adq; Hieromonarchicorum ſomnium omnimodè tollendum pene neceſſaria alia qui diſcupit, evolvat l. modò c. dicti Archiepiſcopi Spalatenſis. Inſigniter & illos fallere falliq;, à quibus parùm ſecedere videntur Michael Beuther. JC. *animadv. Hiſt. c. 13. & ibi* filius ejusd., qui Septemvirorum ordinis autorem Carolum IIII. ajunt, mea ſequentia dilucidè patefacient. Supereſt nunc, ut hac de re, quid in ipſis hiſtoriarum argumentis obtinere videatur, apponamus. Statuimus itaq;, à morte Friderici II. demum ad ſolos iſtos, qui Electores hodie ob officium audiunt, electionis jus tacitô quôdam reliquorum Principum conſenſu ac Imperii Procerum rediiſſe. *vi. Arniſ. l. c. paſſim.* Schönborn *l. 5. Pol. c. 32., Reinhard.* Königen. *l. c. Dn. Conring. l. c. th. 31., Rupert. ad c. 18. Synopſ. min. H. U. Beſold. in Otto. III., &* Becker *in Synopſ. I. P. l. 1. c. 3. in princ.* Sanè verò unum certum ex Imperatoribus poſt Fridericum II. vocare, ſub quô ad præſentem hunc numerum ſeptenarium antiquus eligentium Principum ac Optimatum Imperii incertus ſit redactus, vix ego poſſum. Sufficit mihi eviciſſe, dictum numerum Fri-

dericum II. ante (quòd idem ipſe & à compluribus fuit electus) modernæ poteſtatis ſolùm nunquam fuiſſe. Philipp. etiam *in Otton. III.* teſtatur, huncce numerum poſt Fridericum II. demum in hiſtoriis rectè exprimi, crebroq; repeti, familiasq; ſuffragantium certas indicari, quanquam tamen ipſe non habeat, quod certò affirmet. Peucerus quoq; *in Complem. Chron. Car. l 5. circa init.* ſcribit; quòd, Senatûs Septemvirorum autoritatem atq; potentiam à Fridericô II. invaluiſſe, ex hiſtoriarum annotatis haut obſcurum ſit, etſi certò non conſtet, quibus vel initiis vel autoribus cæperit. Quod ſi quid tamen nos conjecturis conſequi poſſumus (*certi aliquid ferre planè nolumus*), videtur id factum fuiſſe in prolixô iſtô poſt demortuum Frideric. II. Imp. interegnô. Siquidem per hæc tempora, *ait Panvin. l. c. c. 9.*, tam muneris Electorum, quàm etiam particularium eorundem actionum apud horum vel poſteriorum temporum ſcriptores ſpeciatim mentio haberi cœpit, ſingulorumq; nomina cum dignitatis appellatione recenſentur. Imperatorum quoq; deinceps habentur comitia omnia (*intellige non univerſalia, ſed particularia, quibus Imp. vel Rex Rom. creatur, quæ dicuntur* Wahltage) / quæ tantùm ab his Septemviris, quos Electores vocant, habita fuiſſe manifeſtè liquet, ceteris Germaniæ Principib. excluſis. *confer Jul Pflugium Epiſcopum Naumburgenſem (vixit Caroli V. tempore) lib. de Rep. Germaniæ, Peucer. l. 4. in Frid. I., Leopold. Babenb. l c. c. 6. 8. 12, Auguſtin. de Ancona, Werner. Rolewinck. in faſcicul. tempor. ætat. 6., Albert. Stadenſ in Hiſt. Germ., & Gewold. de Electoratu c. 9. & paſſim.* Nimirum cùm Germaniæ poſt Fridericum II. ſtatus eſſet perturbatisſimus, ac bellis inteſtinis omnino afflictus, *Caſpar. Peuc. in d. complement. & Onuph. l. c.*, atque in longisſimô interregnô, *juxta Cuſp. in vi. Friderici II pene 22. ann.*, nemo ferè Rempubl. curaret, ceteris Principibus tacentibus, & uibusdam ob negligentiã, quibusd. etiam ob imbecillitatẽ jura ſua haut ſatis tuentibus, tandem ad hos Electores longâ uſurpatione & conſvetudine (quæ pro lege habetur, *l. 1. §. ult., l. 2., l. ult. de aqu & aq plu. arc., l. v. l 2. l. 7. C. de ſervit. & aq., l. 20. de ſervit. præd urb., l. 33 l. 34., l 35. l. 36. ff. de LL., & §. ſine ſcripto. 9. I. de I. N. G. & C. vi. Duar l. 2. Diſp. c. 32.*, quin imò quæ legem abrogare poteſt, *l. 32. d. t. ff. vi. Connan. de ju. civ. l. 1. c 10. Gell N. A. l. 11. c. 18., l. 12. c. 13.* oſtendit

dit Dn.Georg.Frantzk. *Exerc.1.q 9.*) perveniſſe eligendi jus credibile eſt.*vi.Mutii verba l.21.rerum Germ.ap.Dn Beſold. in Synopſ. I. P.par.1.c.ult p.m.121.& 122.*Namq; per certam aliquam ſingularem conſtitutionem tantam illos nactos eſſe in imperio autoritatem,in nullô præteritarum rerum probato ſcriptore reperire poſſumus.Neq; veroſimile eſt,Germaniæ ac Italiæ Principes,qui omnes antea unà Imp.elegerunt, electionis jus expreſsâ aliquâ conſtitutione eripi ſibi permiſſuros fuiſſe *Dn.Carpz.l.c.c.10.ſect.5. n.21.,Paurm.l c.,Joan.Limn.de ju.publ.l.3. c.1.* Reſiſtit inſuper A. B., ùt quæ ſæpiſſimè longævi uſûs meminit.*Ità in t.1.pr.in verb. juxta antiquam & laudabilem conſvetudinem,in t.2.§.ult in verb.& quia de antiqua & laudabili conſvetudine,in t.4. §. ceterùm, in verb.ſicut poteſtatem habuiſſe dignoſcitur ab antiquo.,& §.primò, in verb. ſicut invenimus hactenus competiiſſe.confer Petr Fritz.de Nobilit.concluſ.118. lit.D.*Objicis nobis *ex Petr.Heig. l.c.num. 55.*, jam Albertum Abb. Stad.,Jacob.de Ardizone *in ſum.feudal.t.de ſucceſſ.feud.q.30.,& Hoſtienſem in c.Venerabilem.*,qui ſinguli circa Friderici II. ætatem floruerunt,omnium ſeptem Electorum, qui hodie ſunt nomina apertiſſimè exprimere? Nos non feris. Etenim ipſi nos jam ante Fridericum II. non mediocri præ reliquis Germaniæ Principibus autoritate Septemviros polluiſſe,neutiquã contradicimus *vi.Eckon.de Repchau in ſpec.Sax.l.3.art.57.§.ult.Albert in Chron.An. 1240.,Admandum Secretarium in Comment de prim.act.Frid.I.in Imper.pactis ap.Gewold.l.c.c.6.n.69.& c.7.n.20.,Lehman.in Chron. Spir. l.5.c.74.,& Baron.Annal.Eccleſ.tom.10..A.996.n.56.*Neq; hîc in quæſtionem trahitur, num Electores, qui hodie ſunt, præ ceteris Principibus in eligendo etiam jam ante Fridericum II prævaluerint (*Hoc enim ſatis apparet ex ritu prætaxationis, cujus l.c. Albert meminit ; quid ſit prætaxate poſt Haiminfeld.in Replic.pro Imp.c.38.ex ſpecul.Sax.l.c.*, ex Weichbild *art.13.& 14.,& ex ju.feud. Sax.c.4., Dn.Arniſ.l.c.n.58.explicat*)? Sed illud agitur,an ſoli hi ſeptem ſuâ autoritate Ro.Imperatorem ante Fridericum II ſine reliquorum Principum omnium præſentiâ, conſiliô, ac conſenſu unquam creaverint? Et hoc eſt,quod nos inficiamur.*vi.Dn.Carpz.l.c.n.25. & Limn.de I.P.l.3.c.1.n.17.*Sed ut viam,unde ſtudiò digreſſi ſumus, relegamus,inveſtigatâ jam Septemvirorum verâ origine, quærimus,

mus, anne eodem, quô iſti nati, tempore minui cœperit primùm ſumma & Monarchica Imperatoris majeſtas? Id quod adhuc ſemel contra Arniſeum & alios conſtanter rejicimus. Exemplis res clara fiet. Quod ſi enim diu multum antè, quàm certi in Imperio Electores conſtituti, (*quia à Conrado I. per longiſſima temporis intervalla omnib. Germaniæ Principibus jus electionis competiviſſe vulgatiſſimum*), jura Imperatoris quodam̃odo decreviſſe, id quod jam ſuperiorib. paginis promiſimus, evicerimus, quin nobis bona fides à quôque concedenda fuerit, dubitare non poſſumus. Id, ſiſtendo illum Imp., qui primus imperii Ordinibus, quibus Papam quoq;, utpote qui æquè ac ſeculares Principes & Eccleſiaſtici omnes, Cæſaribus omnimodè olim erat ſubditus, ex debito (non ſuâ ſponte, quomodo quondam aliquoties accidit in abſolutiſſimô etiam Rom. Principe) ſeſe ſubmiſiſſe legitur, & fideliùs annotandô illud tempus, quò primùm Germanorum Comitia majorem autoritatem nacta ſunt, præſtare poterimus. Imperatorum Rom. quemlibet ſummâ ac nullis limitib. aut certis conditionibus circumſcriptâ poteſtate. (Nec n. eorum promiſſio, ſi quam facerent, quàm ſeſe id geſturos fore, quod honeſtati & commodo publ. conveniens foret, aliò reſpiciebat, *Carpz. l c. c. 1. ſect. 8. num. 32.*) per L. Regiæ tenorem præditum fuiſſe, ſuprà jam monſtravimus. Anne ad Imperatores Ro. Germanos etiam integrum pervenit ac illimitatum privilegium Auguſtum, aut, ſi mavis, Principes noſtri inde à Carolo M. ſum̃â in Germaniâ noſtrâ poteſtate polluére? Reſp., ſi quæſtio eſt de omnibus, renuendô, ſin verò de prioribus, annuendô. Videlicet translatô per Carolum M. (*Daniel Otto JC. ap. Arum. Diſcur. Acad. de I. P. vol. 5. Diſcur. 2. c. 5., & Joan. Wurmſ. Exerc. Acad. I. P. 1. q. 11. Hinc dicitur à noſtris*, ihr Vorfahrer am Reiche. Reformation Käiſer Friederichs des Dritten de An. 1442. t. Von dem Heilig Gericht. R. A. zu Augſpurg d. A. 1530. §. dieweil auch die Bildnüß/contra Bod. *c 7. Method. Hiſt., Petr. Gregor. Tholoſ. de Rep. c 15. & Carol. Degraſſalium Carcaſſonem, l. 1. Regal. Franc pag. 6. Adverſus Papicolarum inſaniam fortiſſimè poſt M. A. de Dominis l. c. ab init. uſq; ad n. 30. excluſ. & alios pugnat d. Dn Wurmſer. l. c. q. 12. quem intuere ſis*) ad Germanos imperiô, ſceptra in Caroli M. ſtirpe hereditaria planè fuere. *Reinking. de R. S. & E. l. 1. claſſ. 3.*

*c.2. n.19.* Quippe Carolus eadem, quæ ipſe geſſit, extremo vitæ tempore evocato ad ſe filio Ludovico Aquitaniæ Regi cum impoſitione diadematis detulit, *Eginhard. in vi. Carol. M.*; eôdemq; jure, h.e., hereditariô, Ludovicus I. ſucceſſori ſuo, & ſic porrò, usque ad Ludov. IIII. Atqui Caroli M. ſceptrum omnimode liberum ac Monarchicum fuiſſe in aprico, E. & tam diu illius ſucceſſorum procul omni dubio, quàm diu in Carolinô ſtemmate permanſit hereditarium. Heredem enim ejusdem poteſtatis jurisq; eſſe, cujus fuit defunctus, conſtat. *l.59. de R. I., fac l 62., l.128. & l.177. eod., l. 37. ff. de acqu. l. amitt. her., l. 1. §. 1. ff. de bon. poſſ., l. 24. ff. de V. S., l.6. ff. de except., l 11. de diver. & temp. ff.* Stirpe Caroli M. maſculâ in Ludovico IIII. exſtinctâ ad commendationem Ottonis Saxonis, qui coronam oblatam majorem annorum gravitatem cauſatus recuſavit, à Proceribus Germaniæ Imperator deſignatus eſt Francorum Dux Conradus I. *Luitpr. l. 1. c. 7. vi. Rupert. l.c. in vi. Cunradi I. ex Otto. Friſ. l.6. c.5. & 15., Siffrid. in Chron., Witichind. l.1., Ditmar. l.1. & Brunner l.7. p.373. ubi plures allegantur.* Sub hoc primùm afflictam fuiſſe Imperatoriæ majeſtatis integritatem, ortu nempe capitulationis Cæſareæ, prolixè (*quanquam prorsùs non explicitè*) ſcribit *Dn. Carpz. l.c. c.1. ſect. 8. paſſim.* Sed veroſimile vix eſt. Conjecturæ enim, quibus ille nititur, tam firmæ nequaquam ſunt, quæ, quod tradit, omnino immobile reddant. Et ſi vel maximè concederemus, quod tamen nondum ſatis probatum (cùm quidam, quos ipſe habet Carpz. l.c. ſub Henrico IIII., quidam in interregnô poſt Fridericum II., qui mihi, ſi modo ante Carolum V. Capitulatio in uſu fuit, veritati quàm proximi videntur, illam cæpiſſe, *vi. Beſold. Synopſ. l.c.*, autument. Alii aliter), initia ſua capitulationem Cæſaream ſub Conrado I. ſumpſiſſe, non tamen ſtatim conſequeretur, quod ſimul quoq; nata fuiſſet Imperatoris Rom. jurium majeſtaticorum aperta imminutio. *vi Arum. Diſcur. Acad. vol.1. Diſcur. 30. c.3. th.21.* Non enim quælibet Capitulatio ſeu lex fundamentalis Principem certis conditionibus ligat ità, ut apertè ejus officiat majeſtati abſolutæ. Dantur etiam, quæ nihil præterea, quæ divinis ac naturæ legibus imperantur, à jurante expoſtulant, quæ certè minimè propterea Principem certis ſubditorum legibus alligant. *vi. Bod. de Rep. l. 1. c. 8.*

*n.83.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6900-p0047-9

*n.83.* Ità cùm olim Francorum Rex iuraret; juro ego per Deum omnipotentem, ac promitto, me juſtè regnaturum, judicium, æquitatem, ac miſericordiam facturum; nihil quicquam dicebat, quod vel minimum Monarchicæ majeſtati detraheret. *vi. Bod. l. 1. de Rep c. 8. n. 88.* Tam diu abſolutus, uti vulgus loquitur Politicorum, Princeps eſt, quàm diu poteſtatem ejusdem ſpeciales & ſtrictæ quædam ab eligentibus poſitæ conditiones (*quæ quàm ipſæ divinæ ac naturales leges, haut minùs Principem obligant, juxta Dd. comm. vi. Georg. Frantzk. Exerc. 1. q. 8. n. 15., Gotofr. Fibig. l. c. q. 8. confer Hotom. Illuſtr. quæſt. 1. p. m. 10 & 11. ubi pactionem Hungariæ Regis inaugurandi ex c. intellecto. 33. Extra. de jurejur. exhibet*) minimè definiunt. Quomodo verò Dn. Carpzovius hujusmodi pactiones certas atque conditiones Conradi I. imperium temperaſſe ſatis nobis comprobare poterit? Probabile eſt, *inquit*, quia Regnum hereditarium in electitium transmutatum eſt tum temporis. At enim, quia nullis ante hunc Imp. Germani ſævioribus Tyrannis vexati, & præterea abſolutis mandatis jam inde à Carolo M. benè aſſveti, Cunradum præter generalia illa, ſe legitimè ac juſtè imperitaturum fore &c. nihil quicquam ſpecialis juratò promiſiſſe, *etiam ſi Cunradum non ſine ſolenni præmiſſi juramenti præſtatione imperiale ſolùm conſcendiſſe credamus*, eôdem modô probabile videtur. Incerta igitur omnia. Sed quid tam multa? Conſulamus probatos ac fide dignos hiſtoricos, attendamusq; potiùs, anne fortè aliqua imminutæ abſolutæ majeſtatis ſigna appareant. Et certè, ſi altiſſimè etiam attenderis, tantum tamen, quantum ad debilitanda jura Imp. Cunradi majeſtatica ſufficere poſſit, vix ullum reperies. Concludo propterea: quicunq; Imp. jura, quæ illimitatæ poteſtatis Principes olim uſurpavere, exercuit omnia, ille nequaquam jurisdictionem in Ro. Imperii ſubditos accepit certis conditionibus adſtrictam. Atqui Cunradus I., quantum ex hiſtoriis haurire licet, (*quod Dn. Carpzov. objicit, cum Ottone Saxone res Imperii Cunradum communicaviſſe, non obſtat*) tale potuit. E. Et ſi diligentiùs evolvamus præteritorum obſervatores, cognoſcimus adeò, multos etiam ſucceſſorum adhuc Cunradi I. liberrimè gubernaſſe. Ideoque neq; de ipſis, certis ad eos cum conditionibus ſummam Reip. Ro. rediiſſe, nobis aſſertandum venit.

nit. Quod idem vel ipſe Joan. Bod. *l.2.c.6.n.223.de Rep*. perpetuus aliàs, quanquam omnino ficulneus oſor Teutonici diadematis, effugere mavoluit. Hîc enim ex eventu nos judicemus, neceſſe eſt, cùm, nullas prorſùs, quibus majores noſtri illorum temporis Cæſaris manûs ligaverint, leges fundamentales exſtare, certiſſimum ſit. Poſſemus hoc loco ſingula ſummæ Cæſarum majeſtatis axiomata perſtringere, atq;, quomodo non unus ſolùm Imperatorum poſt Cunradum I. omnibus uſus, monſtrare. Verùm enim verò non paginam, ſed librum, non diem, ſed menſem, ea expoſtulare videtur tractatio. Quoniam autem inſtitutum noſtrum capitis urget ultima, hâc de causâ mihi diffidenti, veterum annales ut relegat, mandans, reſiduum in pauca confero. Arbitror itaq; atq; ſtatuo, imminutionem Cæſareæ majeſtatis circa Henrici IIII. demum tempora primùm perſenſam, ex Imperatorum geſtis planè colligi. Quamvis autem certum aliquem præcisè Imperatorem, ſub quô idem contigerit, profiteri, res ſit & multùm periculoſa, & plus obſcura, & plurimùm ardua. Adeò quidem, ut propemodum juraverim cum arbitro illo apud Pomp. *l. Pomponius ait. 13. §. ult. ff. de recept. arb.*, & cum Gelliô *N. A. l. 14. c. 2. circa fin.*, id mihi omnimodè non liquere. Præſertim, cùm nullum nobis hactenus ducem tantâ in operâ videre liceat; id quod poſt Joan. Bod. d. l. multi mirantur. Ne tamen penitùs hîc turpiter obmuteſcamus, paucis ſaltem, quid veræ hiſtoriarum fidei propinqvum hâc in re videatur, perquiremus. Henricum ergò IIII. (*quem quidam III., quia Auceps oblatam à Papâ conſecrandi ceremoniam neglexiſſe fertur, vocitant*) illum ipſum fuiſſe, in quô ſummum Imperatorum jus multùm debilitatum, ex hiſtoriographis manifeſtum eſt. Quanquam adhuc graviſſimè timidi nos hocce efferamus. Ob id quoq; notanter adjicimus, *quantum veterum ſcripta indicant. vi. Card. Benno. in vi. Greg. VII., Scot. l.3. ætat. 6., Carol. Sigon. de Regn. Ital. l.9., Otto. Friſing. Chron. l.6. c.35., & omnes Chronolog. in vi. Henr. IIII.* Monuimus ſuprà paululùm hôc in c. nobis tempora, quæ ad usq; immenſum illud ſummæ Ro. Principis juris dictionis robur firmum perſtiterit atq; invictum indagantibus, præ omnibus eam advertendam eſſe ætatem, quâ primùm Cæſar Papæ ac Germaniæ Primatum judicio & cenſuræ obno-

 xius

xius factus videatur, atq; quâ primùm Germana comitia facta Cæſarum judiciali modô cognoviſſe dicantur. Duas itaq; potiores cauſas, ex quibus priſtinam abſolutæ Imperatorum poteſtatis vim admodum fractam conjicimus, explanabimus. Primam conſtituimus Ro. Pontificem. Tumidisſimum iſtud animalium animal atq; prorſus inſatiabile. Profectò non abs re erit. Imperium Romano Germanicum mirè turbatum, debilitatumq; fuit, *ait Chriſtoph. Beſold. l. c.*, per controverſias, quas Rom. Pontifices cum Imperatoribus Rom. Germanicis habuerunt. Imperii majeſtas, *veriſſimè ac ſapientiſſimè juxta Peucer. l. 4. Chron. ad vit. Henr. IIII. ſermocinatur*, & dignitas artibus Pontificum labefactata, peneq; everſa concidit, qubus perfectum hoc eſt, ut non ſolùm Pontifices colla ſua jugo Imperatorum ſubtraxerint, ſed jura quoq; eorundem, præcipuè Eccleſiaſtica, &c. ad ſe traxerint, & hos ſibi ſubjectos crudelem in modum preſſerint atq; exagitarint, ut Monarchia ſit conſtituta, quæ complexa eſt totum orbem Chriſtianum, deniq; ut tota Eccleſiæ, Imperii, ac Germaniæ facies ſit mutata. Idem ſentit Lampad. de Rep. Ro. Germ. *par. 1. n. 21 p. m. 20. ubi inter alia & ea queritur:* ſuperſtitio Pontificum condidit Dominatum, qui poſtea ſibi religionis curam ſoli aſſeruit: unde imminutæ Imperii Majeſtas ad præſentem faciem defecit; *& par. 2. idem n. 11. hæc loquitur:* præcipuè Pontifices ereptâ Cæſaribus ſacrorum curâ, & Epiſcoporum creandorum poteſtate ſibi vindicatâ, *non Imperatoris ſolùm*, ſed etiam Imperii majeſtatem attenuarunt. *Adde, quæ Joachim. Urſin. in ſpecul. Jeſuit. p. m. 6. in proœm.* Et certisſimè non poſſum non admirari triſtisſimam in Imperiô noſtrô rerum vicisſitudinem. Quot nominibus olim Ro. Imperatore minor Papa fuerit, vel mediocriter in hiſtoriarum lectione verſatum minùs præterire poteſt. Etſi antea, *inquit Onuphr. Panvin. l. 4. de var. Ro. Pontif. creat.*, Romani Pontifices (*quanquam antiquitùs non ſic. Etenim ſub Phocâ Imp. demum titulus univerſalis Epiſcopi Romano tributus: cùm ſcil. Bonifacius III. cum Epiſcopô Conſtantinopolitanô Cyriacô, cui Phocas, quòd Mauritii ille filiabus faveret, infenſior erat, de Principatu certaviſſet. vi. Niceph. l. 8. H. E. c. 44 confer Philip. Chron. l. 4. in Henr. IIII. & Hiſt. Eccleſ. Gothanam non ità pridem divulgatam l. 2. c. 3 ſect. 6. n. 1.*) tanquam religionis Chriſtianæ capita,

Chri-

Chriſtiq; Vicarii,& Petri ſucceſſores colerentur, non tamen eorum autoritas ultrà protendebatur, quàm in fidei dogmatibus vel aſſerendis,vel tuendis. Ceterùm Imperatoribus ſuberant &c. *confer Joan. Sleid. de 4. S. I. l. 2. p. m. 178.* Illud omnium apertisſimè ex quorundam Impp. & Caroli M antecesſorum & ſuccesſorum factis memoria proditis elicere eſt & cognoſcere. Scilicet declarant illa, quàm perfectè & in Eccleſiaſticis ſ. ſacris, & in ſecularibus imperaverint quondam Cæſares. Equidem fertur Jul. I. Ro. Epiſcopus, quâdam ad Epiſcopos Orientales datâ epiſtolâ (*quam commentitiam eſſe judicat Comment. ad d. l. Sleid. Epiſtola hæc Julii, ſcribit, ſuppoſititia eſt, uti ex Socrate l. 2. c. 15. & Sozomenô l. 3. c. 8. ubi literarum ſumma indicatur, quæ cum argumentô fictitiæ hujus epiſtolæ non congruit, liquet.*) deſemetipsô ſtultè jactitaſſe, ſibi ſoli jus competere generales convocandi ſynodos. Contigit, *uti putatur*, hoc Joviani Imp. tempore. *vi. c. dudum à ſanctis 3. q. 6.* Sed certè non immeritò Sleidano l. c. mirum videtur, quâ fronte iſte iſtud ſcripſerit, aut alii laudent, cum & ante Julium Conſtantinus M. Nicænum, *Euſeb. de vi. Conſt. M. l. 3. c. 6., Niceph. l. 8. c. 4., Theodoret. l. 1. c. 7., Socr. l. 1. c. 5, Ruffin. l. 10. c. 2, Zonar. tom. 3.*, concilium coëgerit, & poſt ipſum Theodoſius M. Conſtantinopoli ſynodum, cui, ſicut traditur, centum & quinquaginta Patres interfuere, habuerit decantatam illam, in quâ Macedonii dogma divinitatem Spiritui S. derogans damnatum fuit, *Diſt. 16. c. Prima autem ſynodus. Socrat. l. 1. c. 8., Auguſtin. de hæreſib. c. 52.*, Theodoſius II. Synodum Epheſinam, in quâ Neſtorii, qui τὸν λόγον per asſiſtentiam ſaltem homini Chriſto aſtuiſſe, uti Eliæ atq; aliis Prophetis, nec fuiſſe duas naturas in Chriſto unione hypoſtaticâ unitas, (*ideo Judæos ſæpisſime ſic riſiſſe dicitur: noli gloriari Judæe, non Deum crucifixiſti, ſed hominem*) docuerat, dijudicata eſt controverſia, *Evagr. l. 1. c. 2., Niceph. l. 14. c. 13.*, & Juſtinianus, ſacratisſimus Princeps noſter, *bujus & anteceſſores taceo brevitatis gratiam & ſucceſſores*, præter alias aliquot ſynodos illam quoq; convocaverit, in quâ 280. Epiſcopis præſentibus, *juxta Ivo. in Chron. & Diac. l. 19.*, Monotheletarum (*qui ſic dicti, quòd unicam tantùm in Chriſtô voluntatem eſſe contenderunt, quô tectè ſimul ſignificarunt, unicam etiam tantùm in Chriſto naturam*) doctrina exploſa eſt. Illud verò jus ſynodos convocandi generales

 non

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6900-p0051-1

non Caroli M. in Imperio anteceſſores ſolùm, ſed ipſe etiam Carolus cum haut paucis ſuis ſucceſſoribus habuit. Notisſimum eſt Rhemenſe concilium, in quô decretum fuit inter multa alia, ut Epiſcopi Sacram Scripturam diligenter evolverent, & verbum Dei annunciarent. *vi. Hiſtor. Eccleſ.* Carolus M. id habuit. Ottonis I., quam Romæ aliquando indixit, ſynodus eſt notisſima, *Sigebert. Regino l.2. Friſing. l.6. c.13.*; item Henrici III., quam ibidem, & alia, quam Moguntiæ celebravit. *Friſing. l.6. c.33., Schafneb., Crantz. Saxo. l.4. c.34. confer Herm. Contract.* Vides itaq; quanta tum temporis Rom. Imperatorum etiam in Eccleſiaſticis (*quicquid contrà blateret Bellarminus cum fratribus, qui, ut ſtrenuè Ro. aulæ paraſitentur, nihil habent antiquius, quàm inſulſis monumentorũ interpretationibus vim conciliorum ſolis Pontificibus aſſerere. Jacob. Lampad. l.c. par. 3 c.12. n.7.*) poteſtas fuerit atq; autoritas. Quam præter alia apertisſimè quoq; indicat jus eligendi tum omnes Epiſcopos tum Papam ipſum, huncque cum illis judicandi, quinimò, quòd ſi quando meruiſſent, pro lubitu puniendi. Ità, *ut de innumeris ferè exemplis aliis nunc ſileam*, Flavius Juſtinianus Imp. (*quanquam ex quorundam opinione Beliſarius Theodoræ Auguſtæ juſſu id feciſſe dicatur*) Sylverium, & huic ſubrogatum Vigilium, Papas, quòd reſtituere nolebant Agapetum, Patriarcham Conſtantinopolitanum, quem, neſcio quib. auxiliis & quomodo Antemius locô removerat, in exilium miſit. *vi. Diac. l.16., Niceph. l.17. c.9. & 10., & M. Anton. de Dom. l.c. par. 2 l.6. c.11. n.2., & par. 1. l.4. c.11. num. 57.* Ità ex Germanis Imperatoribus Otto I. depoſuit Joannẽ XII., *Bellarm. l.2. de Ro. Pontifi. c.29. & M. A. d Dom. par. 2 l.c.* aliive Impp. alios Papas. Quàm verùm ſit, Pontifices à Cæſaribus olim electos, & ſine ipſorum vel autoritate vel conſenſu nunquam conſtitutos, quàm facillimè prodit Caroli M., (*prætereundi anteceſſores ob inevitabile tædium*) ejusdemq; ſucceſſorum aliquot hiſtoria. *vi. Hier. Balbum d. in lib. de coronat p.130.* Hadrianum I. Papam Carolo M. in ſynodô quâdam Romæ obid habitâ liberrimum Pontifices eligendi, ſedemq; Apoſtolicam ordinandi, atq; quoslibet Epiſcopos confirmandi, omnigenum jus prorſus conceſſiſſe, quis neſcit? *Diſt. 63. c. Hadrianus Papa, Blond. Dec. 2. l.1., Aventin. l.4. Annal.* Et illa poteſtas ad Caroli quosvis poſteros hereditario jure o-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6900-p0052-7

mnino rediit. Sed quid ad hæc ordo cuculliger? Ludovicus Pius, *fabulantur*, Paſchali non Cæſaris autoritate interveniente Papali infulâ condecorato (cùm ipſe per Legatos factum purgans invito ſibi Pontificatum à Romanis obtruſum diceret, *Gagvin. l. 4. c. 2. confer vi. Ludov. à P. Pithæô edit.*) ceterisq; poſt eum & confirmavit poſſeſſionem bonorum, & liberam permiſit electionem, ut, quem omnes Romani eô dignum munere judicaſſent, is pro Pontifice ſemper haberetur. *d. Diſt. 63 c. Ego Ludovicus. confer Volater. l. 3. & Ivo. p. 5. c. 51.* Egregia verò nugis veritas ineſt. En blandulos adulatores iſtos, ac impudentiſſima iſta iſtorum Auſonii Caci & mentiti Vicarii Chriſti aſſentatorum mendacia! Quod ſi vera, quæ commemorant, cur Ludovicus II. Pii nepos injuriam à Romanis ſibi factam putabat, cùm Hadrianus II. Papa Imperatore inſciô creatus fuiſſet? Cur Legatos Cæſaris poſt multas demum atq; ſubmiſſiores excuſationes placare cum ſuis Pontifex potuit? *vi. Diſt. d. 63. cùm Hadrianus.* Cur Leo VIII. Ottoni I. Auguſto, ejusq; ſucceſſoribus Hadriani I. exemplo facultatem eligendi Papam, ordinandi ſedem Apoſtolicam, ac Epiſcopos liberrimè confirmandi, in perpetuum contulit? *d. Diſt. c. In ſynodo congregata.* Cur Otto III. Joannem Placentinum absq; ſua autoritate Papam denominatum naſô poſtibi truncatum & miſerrimè exoculatum de ſoliô præcipitavit? *Philip. in Otto. III. ex Lambert. Schafneb. & Sigebert. Gembl.* In aprico itaq; Pontificiorum vaniſſimum imponere. *Rectè Comment. Anonym. ad Sleid. in edit. Lugdunenſ., Carolum Molinæum JC. Bibliothecarium Pontificum Ro. fautorem & domeſticum dicti dictæ. Diſt. c. Ego Ludovicus autorem eſſe, & ob id tanquam homini ſuſpecto minimè credendum, admonere, annotat. Ipſe Joan. Sleid. l. c., incomparabilis ille temporum vindex, d. cap. falſitatem ex eô manifeſtam reddit, quòd titulus ineptè Gregorio IIII. Papæ tribuitur, cùm tamen is viginti duobus annis vitâ antè deceſſerit, quàm Adrianus fieret Pontifex. An hiſtoriam Papa mortuus eorum ſcripſit, quæ ſeſe poſt accidere?* Quantam autem fidem *c. d. Ego Ludov.*, tantam quoq; meretur in ead. *Diſt. c. Tibi Domino Joanni.* in quô Pontifici Otto I. maxima promittere videtur. *Docet Sleid. l. c. ſub Ott. I.* Ex dictis noſtris ſimul quoq;, quid de illis Chriſtoph. Beſoldi (*qui defectione ad Babylonicam meretricem totus alius factus, juxta*

*A.Rupert.l.c.c.17. in pr.*), quæ in d.ult.c.1.c.pro ſuô Semideo loquitur, ſentiendũ ſit, facillimè poteſt cognoſci. Haberem9 hoc loco, quod de laxiore adhuc Imper. in Eccleſiaſticis poteſtate adjicere poſſemus; ſed ne extra oleas, ſtatim hîc (*poſtquam ſatis pro inſtituto noſtro, quàm verè quondam Imperatoribus Rom. Papæ ſubfuerint, demonſtravimus*) quomodo & quando Pontifex Regnũ exſtruxerit tribus ſaltem adjuncturi illum jam Imp., qui primus Pontifici non tantùm paruit in omnibus, ſed parere quoq; debuit, ſiſtemus. Nominavimus ſuprà Henricum IIII. hâc in causâ; & certè ipsâ hiſtoriarũ veritate jubente nominavimus. Etenim Henricum III. IIIIti Parentem ac anteceſſorem quicquam de juribus majeſtaticis in Eccleſiaſticis amiſiſſe, tantum abeſt, ut quis adſtruere poſſit, ut potius, cur ipſum Principem jura, quæ unà cum ſceptrô nactus, magnopere firmaſſe atq; adauxiſſe, usq; pronuntiet, omnino habeat. Nulli, opinor, quomodo Henrico III. omnes Romani juramento ſeſe aliquando ſanctiſſimè obſtrinxerint, in Papâ creandô nihil, niſi de Cæſaris arbitrio facturos ſeſe, clam erit. *vi. Sigebert. Exemplis rem evincunt Platina in vi. Clementis II. & Sleid. l.3. D.l.* Ille idem Henricus, *ex quô profectò benè ſatis intacta adhuc dum illius Cæſaris abſoluta jurisdictio apparet*, Leone VIII. Pontifice Moguntiæ concilium frequentiſſimum habuit, quod nos ſuperiùs paul. allegavimus. Ad Henricum IIII. nos nunc devenimus. Sed enim & hunc Imp. jus Cæſarum vetus in Papam exercuiſſe conſtat. Teſtatur præprimis exemplum Nicolai II., qui Stephano VIIII. ſucceſſit. *vi. Schafneb. & Henr. IIII. vitam.* Cæſar enim cùm Benedictus quidam, ſe inconſultô poſt Stephani mortem per ſuorum aſtum Papatum invaſiſſet, eô Benedictô dejectô hunc Nicolaum, qui Florentinus erat Epiſcopus, aliàs Gerhardus dictus, deſignavit. Hactenus igitur eâdem Henricus IIII. majeſtate, quâ ipſe quidem defunctus antea Parens eâ in re ſplenduit. Quàm diu verò? Certè tempus non benè longum. Quandoquidem ſtatim, ùt Nicolaus II. vixit, certamen de poteſtate ſedem Apoſtol. ordinandi inter Imp. & Romanos natum eſt. Et ſanè haut gravi absq; majeſtatis ſuæ periculo Cæſar tum temporis Ro. Senatui, utpote qui ab Imperatore electum Epiſcopum Parmenſem pellens Alexandrum II. Lucenſem Epiſcopum ſuâ autoritate

ritate ſubſtituebat, cedere planè cogebatur. *vi. Friſing. l. 6. c. 34.* Hæc contentio eſt ea, quæ ipſam Henrici IIII. fatalem majeſtatis jacturam continuò præceſſit. Alexandrô iſtô denatô ſedem Petrinam vix dici poteſt, quàm perditis artibus (*lege Hugonis Blanci Cardinalis de hôc Papâ æquiſſimum judicium ap. Cluver. in Epit. H. U. in vi. Henrici IIII*) occupaverit Hildebrandus iſte, poſtilla Gregorius VII. appellatus, Imperatorum iſtud flagellum ſævisſimum, belli iſta fax, ſeculi ſui iſtud opprobrium ac monſtrum nulla virtute redemptum. (*A. R. l. c. c. 18. p. m. 655. poſt Schafneb., Friſ. l. 6. c. 35., Sigebert. Gembl., Benno. Card. in vi. Greg. VII., Bertold. Conſtantienſ., Naucler. vol. 2. gener. 36., Sigon. de Regn. Ital. l. 9., Peuc. in vi. Henr. IIII. & alios.*) Hic eſt ille Pontifex, qui Imperatoris imperium tantopere labefactavit, atq; tantùm non peſſundedit. Ut ex tantâ tot longisſimi ludibrii generum mole, quâ Cæſarem Papa ferè ſuppreſſit, potisſima ſaltem in medium prodeant, non omnium Paparum nequisſimi Hildebrandi Diabolicas ſeditiones & crudelisſima, quæ toties movit, inteſtina bella, non centena iſta infelicisſimorum anathematum, quibus prolubitu iſte uſus, fulmina; ſed ſolum audacisſimũ ac impudentisſimum iſtud imperium mandatumve, quô antea prorſùs inauditô exemplô ſupplicem ad ſe Imperatorem evocans pertraxit, impræſentiarum ego narraturus ſum. Videlicet, poſtquam Henricus apud Gregorium Simoniæ præprimis accuſatus eſſet, ilicet hic illum ſuos per Legatos citatum, ut intra ſtatum Romæ diem ſe coram compareret, adq; crimina, quæ objicerentur, reſponderet, ullâ absq; exceptione jubere adeò auſus eſt. Quomodo ergò Cæſar ad temerariam ac iniquisſimam juxta citationem? Indignatus equidem jugiter ad illatam ſibi à Gregorio contumeliam Wormatiæ Epiſcoporum & Abbatum conventum, quô decretum eſt, ut Hildebrandus, quippe qui pesſimis artibus Papali tiarâ potitus eſſet, locô removeretur, indixit: ſed quid? Deſtitit ne ob id ab inſanô ſuô furore Ro. Baal? Deſtitit ſcilicet. Sanè verò effrena iſta iſtius Auſonii Lycaonis potentia usq; eò tandem increvit, ut nihil adeò deinceps ipſi non licuerit, ut majora etiam & plura, quàm vel ipſe Hildebrandus ſibi exoptaſſet, poſtmodum potuerit, ut Regem Rom. ad vel dictu turpia atq; horribilia pacta adegerit.

Ni-

Nimirum coactus tandem fuit Henricus(*à quibus & quomodo infe-*
*rius paululum referam*)Gregorii liberrimæ cognitioni ſeſe ſubmit-
tere, ejusdemq; judicio humillimè ſe ſubjicere. Id quod ille hoc
exſecutus eſt modô. Hyeme rigidiſſimâ non ſine ſum̃â difficultate
vitæq; periculô vix tandem in Italiam cum uxore & filiolô per
Burgundiam ac Sabaudiã means deſcendit & Hidebrandum apud
Mathildem, Gœzelonis Lotharingiorum Ducis viduam, Canuſi-
nâ in arce morantem humilis deprecator adit. Ibi receptus Hen-
ricus intra ſecundum murorum arcis ambitum (*ità exprobatis hi-*
*ſtoriographis excerpit Rupert. l. c.*)ſine comite, ſine cultu regiô, nudis
pedibus jejunus à mane usq; ad veſperam perſtabat ſententiam
Pontificis exſpectans. Hoc ſecundô, hoc tertiô die fecit. Quartô
demum exceptus vultu Hildebrandi tetricô his conditionibus
abſolvitur: *ut evocatis ad concilium Principibus Teutonicis die locoq;,*
*quem Papa deſignaſſet, ad ejus arbitrium vel retineat Regnum, vel amit-*
*tat, intereaq; temporis nihil pro Rege agat, cultuq; omni Regiô abſti-*
*neat.* Nolo cetera, ſunt enim prorſus memoratu indigna. Ergone
tum temporis, qui antea mandaverat, juſſa accipiebat? Ergone,
qui antea timebatur, tunc timebat? Actum eſt certe de majeſta-
te, quæ ad miniſteria compulſa, actum de Domino, qui familiæ
ſuæ juſſa audire tenetur. Hinc meritò Italiæ Proceres profesſi:
Henricum IIII., cùm eâ ratione cum Hildebrandô in gratiam re-
diiſſet, turpisſimô planè ad omnem poſteritatem exemplô gra-
vem & Indebilem Imperio maculam inuſiſſe. *vi. Sleid. l. c. ex Schaf-*
*neb. Onuphr. Panvin. d. l. 4. de var. creat. Rom. Pontif. ait:* primus o-
mnium Ro. Pontificum Gregorius VII. &c. præter majorum mo-
rem contemptâ Imperatoris autoritate & poteſtate, cùm ſum-
mum Pontificatum obtinuiſſet, Cæſarem ipſum &c non dico ex-
communicare, ſed etiam Regnô imperiôq; privare auſus eſt. Non
poſſum hîc præterire, quibus Jacob. Lampad. noſtri Imperii ſta-
tûs quàm ſcientisſimus *l. c. par. 1. n. 27. in fin. utitur:* Otto Friſing. *6.*
*Chron. 35.*, Gregorium VII. excommunicato Imperatori unà Re-
gnum primò abjudicaſſe refert. Quod quoniam inaudita antea
impietate & aggreſſus, & perfecit primus Pontificum Regnum
condidiſſe dicitur. *Aventin. 5. Bojor.* Huc ſpectant illa, quæ ipſe
Henricus IIII. de Hildebrando: *unus cùm utrumq; ſibi vendica-*

 *vit,*

*vit, utrumq; diſſipavit &c. vi. Dn. Benedict. Carpz. de L R.G. c.2. n.2. ex Abb. Urſp.* Diſertiſſimè ac pleniſſimè exponit, quicquid nos de Henrici IIII. imperiô ſcripſimus, Peucer. Chron *l.4. in vi. Henr. IIII. circa med. p.m. 818.*, cujus ſententiæ, niſi prolixa, quælibet verba adderemus. Conſentiunt *Cluv., Beſold., Pareus, Petreus, & omnes fere H.* Quanquam autem ipſum adhuc Henricum IIII. vi ac bellô plurima denuo ſibi aſſeruiſſe jura, *quippe qui, ut aliquid confiteamur, in locum armis pulſi toties ſuprà dicti Hildebrandi Victorem III. ſurrogavit Blond Dec. 2 l. 4., Marian. Scot. l. 3. ætat. 6. vi. Abb. Urſp.*, & multa quoq; per vim ejusdem ſucceſſorem, & filium Henricum V. recuperaſſe, *utpote qui Paſchalem II. Papam à ſe captum priùs neutiquam, quàm ipſe publicâ decreti promulgatione jura Cæſarum vetera de novo ſanctiſſimè confirmaret omnia, dimittere voluit, Cuſpin. in vi. Henr. V.*, negari non poteſt; tamen id neutiquam Hildebrandinę ignominiæ maculam delevit; multò minùs ſucceſſoribus profuit: cùm Henrici IIII., quod jam ſatis clarum, vires à Gregorio VII. maximam partem confractæ, & Henricus V. magnam partem reſtauratas ſua ſponte (dolendum ſane!) ipſe incaute perdiderit. Namq; hic omnem Imperatorum in eligendis Epiſcopis poteſtatem, quam inde ab ipſo Conſtantinô M. ipſi habuerant, ſuapte amittens iura ſingula ad parentem usq; maſculè defenſa publicâ Wormatiæ factâ aliquâ conceſſione Papæ, Calixto II., prout quidem arbitrantur, detulit. *vi. Peucer. in Henr. V.* Poſtea antiqua illa Imperatorum potentia prorſùs evanuit atq; omnimodè periit. Percipis itaq;, quàm fusè & dilucidè Imperatores, in quibus primùm, quod ad jura Eccleſiaſtica, ſumma & abſoluta Majeſtas infirmata ſit, hiſtoriæ indicent. Sunt Henricus IIII. & V. At enim, *inquies*, jamdudum ante Henricum IIII. non levis Pontificum in Cæſares poteſtas fuit, quam oſtendit frequentiſſima excommunicationis, quâ hos illi damnarunt, pœna? Equidem ad hæc, nugas eſſe & fabulas, *Onuph. Panv. l. c. reſpondere ſatagit:* verùm, cum in multis multi, imò plurimi ſæpiuſculę conveniant hiſtoriographi, mihi videtur Onuph. aliquantò immaturiùs hiſtorias & incautiùs, quàm debebat, deridere. Enimverò, ne ipſum quidem Carneadem dubitaturum cenſeo de factô, ut de multorum nihil impræſentiarum, Innocentii I., qui Arca-

dium Imp. ob expulſum Chryſoſtomum, *Diſt. 96. c. Duo ſunt quippe & Niceph. l. 13. c. 34.*; Symmachi, qui Anaſtaſium Imp., *M. A. de Dom. l. c. p. 2. l. 6. c. 9. n 20.* Vigilii, qui Theodoram Auguſtam, *Greg. 2. ep. 36.*, Gregorii II., qui Leonem Iſaurum, & ejus in Italia Exarcham, quod & fecit Gregor. III., *Plat. in Greg. III.*, excommunicavit: *vi. M. A. d. Dom. l. c. ubi multas allegat hiſt. confer Hiſt. Eccl. Gothan.* Non igitur nullius prorſùs momenti ſunt illa: imò verò ſi quis vellet juſtè ventilare eandem quæſtionem, ſingularem iſte & prolixum aliquem conſcriberet tractatum, neceſſe haberet. Adeò multa in illâ controverſiâ occurrunt. Hoc ideo cùm ità ſit, & verò nos alioquin jam præter propoſitum in quibusdam nimis procul à caſtris (*cujus tamen me veniam impetraturum non puto, ſed ſpero*) noſtris diſceſſerimus, & judicio noſtro & brevitati optimè conſulturi ſumus, quòd ſi pauca quædam hanc in rem ex modò laudato M. A. de Dom. deſumpta ſubjunxerimus, quæ loco reſponſi nobis erunt. Si ſumamus, *inquit Epiſcopus ille Spalatenſis*, excommunicationẽ pro pœnâ illâ ordinaria rigoroſâ, quâ ſolemus ex noſtrâ fidelium ſocietate aliquem excludere, ità, ut nobis ſit tanquam Ethnicus & Publicanus, cum prohibitione, ne fideles ipſius utantur conſvetudine & conſortiô, certè neq; debet, neq; poteſt Princeps ſupremus excommunicari. Non poteſt, quia quâ ratione excommunicatio hæc nihil operatur in filiis reſpectu Patris, in uxore, reſpectu viri, in Dominis reſpectu familiæ, quia, uti paſſim docent Scholaſtici & Summiſtæ, ex communicatio hæc nihil poteſt contra jus naturæ &c. &c. De meô hîc addere aliquid neq; debeo, neq; volo. Plus ingenii illa tractatio requirit, plus loci, plus quoq; temporis, quàm ut hodie quidem à me locari poſſit. Illud, Gregorium VII. planè aliô modô, quàm veteres ſoliti, anathematizaſſe (*ità loquitur Imp. noſter in Nov. de interd. coll. hær. 132.*) Henricum IIII., omnino verum eſt. Explanavimus itaq; hactenus, quibus primis Imperatoribus jura in ſacr. re. Majeſtatica Hieromonarchæ præripuerint. Explanavimus etiam, qui Paparum primus Regnum conſtituerit. Gregorius VII. fuit. Calixtus II. maximam partem perfecit. Huc pertinet Henrici V. illius ceſſionis triſtiſſimæ triſtiſſimus effectus. Quoniam verò lippis etiam ac tonſoribus iſte haut eſt incognitus, & nemo, poſt illam



pro-

promulgatam tanta inſanisſimam Papæ ambitionem ambitioſisſimamve inſaniam incrementa & complementa cepiſſe, ut à nullô unquam Henrici ſucceſſorum ad priſtinam illam ſubmisſionem & officium perduci planè potuerit, quamvis in eô multi toti fuerint, ignorat; meritò illum, omni opera ad calcem capitis hujus properantes, nos mittimus. Cauſam Cæſareæ majeſtatis in Henrico IIII. diminutionis alteram ſuprà dedimus, quòd cenſuræ Principum obnoxius fuerit, vel quòd, id quod ferè idem, magnam ſub eôdem habuiſſe autoritatem Germanica comitia legantur. Sed repetimus adhuc ſemel, nos præterquam, quòd hiſtoriis ac vitis Imperatorum pertinacisſimè immoramur, prorſus nihil agere. Quod ad Comitia, à Cunrado I., ſi qua interea temporis, præter Principum Electorum conventûs, celebrata ſunt, ad Henrici IIII. usque tempora exiguum potuiſſe, plus autem Henricô IIII. Imperatore, atq; continuò poſt eum, in geſtis Cæſarum facilè deprehendimus. Quantum Imperatoriæ majeſtati, cùm à Germaniæ Principibus die conſtitutâ maximô numerô convenientibus durisſimam illam, *de quâ jam ſuprà aliqua*, ſententiam Henricus IIII. audiret, deceſſiſſe putas? Quantum contrà eâdem die Ordinibus acceſſiſſe putas? Inde à teneris annis, *ità ex probis hiſt. Joann. Sleid. l. c. rem narrat*, repetitâ Cæſaris vitâ, labem & dedecus & opprobrium imperii illum eſſe Principes demonſtrant, & quia gravisſimis cladibus Remp. affecerit, abrogandum ei magiſtratum eſſe, decernunt. In his anguſtiis ille poſitus deprecari cæpit per Legatos atq; ſupplicare. Poſt multam actionem hæc ei proponitur conditio: judicio ſe ſiſtat & cognitioni ſubjiciat Papæ &c. Siccine cum Principe illimitatæ majeſtatis agitur? Si quidem abſolutum quemq; Principem, tametſi neutiquam ab Ordinum ſuorum, quos vulgus vocat, cenſurâ liber ſit, pronunciaveris. Atqui oppoſita ſunt, abſolutè ſuis imperare, & tamen ipſi ſibi ab iisdem timere, imò ipſis levium etiam malefactorum accuratiores rationes reddere teneri. Accepiſti ergò vim ſub Henricô IIII. comitiorum, quæ quàm frequentia fuerint, illorum temporum acta abundè comprobant. Ità idem ipſe Imp., cum ab Hildebrandô ad manducandum corpus Dominicum, ſi innocentem ſe, quorum argueretur, criminum certò

 ſciret,

ſciret, invitaretur, eam purgandi viam prudenter averſatus (*Cluver. ex Schafneb.*) ad comitia provocans Principum in illis benè appariturum reſpondit, quàm ritè ipſe imperiô functus eſſet. Notisſima quoq; ſunt illa, de quib. quædam *Cuſp. in vi. Henr. IIII.*, ex quibus Rudolphus Svevorum Dux, Bertholdus Carentanorum, & Welfo Bavariæ, exierunt. Decantata ſatis & illa ſunt, quibus ejuratô Henricô IIII., qui tamen poſtea recuperavit omnia, Rudolphus Sveviæ Dux (*qui in præliô quôdam, quô cum Henricô de Imperiali diademate certaverat; abſciſſâ dextrâ ſuâ maximum omnibus, impium eſſe ac Domino Dominantium, utpote qui id perpetuò graviſſimè vindicat, omnimodè adverſum contra Dominum ſuum conſurgere, documentum dedit. Wilhelm. Tyr. l. 9. Helm. l. 1. c. 29. & Benno Card. de vi. Hildebr.*) Rom. Rex electus eſt. Hîc evagari poſſemus quàm longisſimè, cùm latisſimus ſeſe offerat campus, niſi identidem capitis finem promiſſa urgeret brevitas. Paucisſima. Reliqua jam ſilebo, quæ ad meam mihi theſin corroborandam conducere poſſent, ſingula, præter verba, quibus Duces Saxoniæ, Comites &c. Henricum aliquando compellavere: ſacramentô quidem ſeſe ipſi fidem dediſſe, ſed ſi ad ædificationem, non ad deſtructionem Eccleſiæ Rex eſſe vellet, ſi ſuum cuiq; ordinem, ſuam dignitatem, ſuas leges tutas inviolatasq; manere pateretur, &c. *cum iſtis omnino conveniunt Ottonis illa Ducis Sax. ad eund. Imp. ap. Bruno. in hiſt. bell. Sax. illa ex Lambert. Schafneb. refert Dn. Carp. de L. R. G. c. 1. ſect. 10. n. 5. & 6., qui l. c. n. 7. ipſe, ea minimè abſolutæ poteſtatis haut levia indicia eſſe, confitetur.* Et certisſimum. Profectò ſapienti ſat. Ubi, quæſo, unquam aliquis ſimile quid in Henrici anteceſſoribus offendit? Quod nos de Henricô IIII. aſſeruimus confirmant hiſtoriæ illius ſucceſſorum. Apertè enim indicant aliqua nullô modô absq; Principum conſenſu atq; autoritate poſt Henricum Imperatores facere potuiſſe. Penſita comitia, quæ Babenbergæ Henricus V. habuit. *Cuſp. in Henric. V.* Certè Cunradus III Cæſar proſcribere Henricum Superbum Bavariæ Ducem priùs non potuit, quàm Principes convocaret, quorum judicio quoq; deinceps ac autoritate Duci Ducatus eſt abjudicatus. *Cuſp. in Cunrad. III. expreſſè.* At verò ante Henricum IIII. Princeps Rom. ſolâ ſuâ autoritate Duces, Comites &c. pro lubitu poterat exauctorare,

proſcribere, damnare. Eſto exemplorum loco omnium jam ſolus Henricus III., qui in Imperio Quartum, filium, immediatè præceſſit. Ille, cùm Cunradum Bajoariæ Ducem ſuô Ducatu planè privaret, cujusnam conſiliô, conſenſu, vel autoritate? Nullius omnino. *poſt veteres Cluv. & Peuc. in Henrico III.* Ità cum Mediolanum ſolô cogitaret æquare Fridericus Ænobarbus, antè voto ſuo ſatisfacere nequaquam poterat, quàm Principes, quibus Magdeburgi inenarrabilem Mediolanenſium ſuperbiam conquerebatur, ritè conſentirent. *expreſſe Cuſp. in Frider. Barba.* Sanè ante Henricum IIII. non ſic. Quanquam, quod non celandum, vix conſiliô & conſenſu Ordinum Henricus V. Norimbergam, quam poſtea Cunradus III. denuo inſtauravit, *Philip. in vi. Henr. V. in fin.*, funditus everterit. *Philip. l. c. Tametſi hoc & ſimile quid ſolita bellici furoris celeritas, quæ nullam moram morari ſuſtinet, excuſare poſſet.* Accedit, quòd jam Friderici I. tempore Imperatorem ab Ordinibus poſſe deponi, creditum fuit. Elicio ex illis Galliæ Regis, quæ Pontifici Friderici hoſti reſcripſit: Quô ſpiritu vel auſu temerario Papa tantum Principem, (Rom. Imp.) quo non eſt major, imo par inter Chriſtianos, non convictum vel confeſſum de objectis ſibi criminibus exhæredavit, & ab apice Imperiali præcipitavit? Qui ſi meritis ſuis exigentibus deponendus eſſet, non niſi per generale Concil. caſſandus judicaretur &c. Legere poteris ea ap. Illuſtrem Bœclerum *in Diſcur. de S. R. I. p. m. 32. in med. poſt Dan. Otto. ap. Arum. Diſcur. 2. vol. 5. c. 5. p. m. 64.* Reipſa experti ſunt Otto IIII., *Cuſpin. in vi. Otto. IIII.*, Adolphus Naſſovienſis, poſt *Aventin. l. 7. Annal. Cuſp. in ejus vi.*, *Megiſer. in vi. Adolph. Limn. de I. P. l. 2. c. 11. n. 26.*, *Reinkingk. l. c. l. 1. claſſ. 3. c. 2. n. ult.*, & *Carpz. l. c. c. 14. ſect. 6. n. 11.*, & Wenceslaus, *Cuſp. in vi. Wencesl. Dreſſer. in millen. 6. in vi. Wencesl.*, *Mynſing. Reſp. 19. n. 6. Megiſer. in vi. Wencesl.*, *Melch. Goldaſt. tom. 1. Conſt. Imp. p. 379.*, *Arniſ. de ju. maj. l. 1. c. 5. num. 5.*, *Reink. & Carpz. ll. cc.* Plura non addo. Præfertim cùm, quando & quomodo initium Cæſareæ majeſtatis diminutionis in Imperio ortum, ex noſtris jam affatim clarum. Accingo me nunc cum Deo ad noſtri moderni Rom. Reip. ſtatûs concinniorem expoſitionem.

# DE MODERNO IMPEII RO. STATU.

NOn ſinguli homines ſolùm ſuô funguntur fatô; verùm ipſa etiam regna mortalitatem non effugiunt. *Barclaj in Satyr. par. 1. p. m. 127.*

Omnia mortali mutantur lege creata.

Scilicet hæc eſt dura illa communis neceſsitatis Lex. Abeunt in communem illum naſcendi pereundiq; fatalem gyrum omnia prorſùs, nec quicquam ſtabile aut perpetuum ſummus rerum arbiter eſſe voluit præter ipſum ſeſe. Quæ olim ampliſsimæ erant, atq; Orbi univerſo tremendæ gentes, nunc vel omnino non ſuperſunt, vel in anguſtias redactæ. *Laz. de migr. gent. in præf. vi Bart. Keckerm. Diſp. Pract. 35. Problem. 1. p. m. 748. & 749. ex Waremund. ab* Ehrenberg/ *in Meditam. pro fœd. c. 1., Danæ Pol. Chriſt. l. 1. c. 5., Jun. par. 1. Quæſt. Pol q. 5., Ferd. Vasq. in præf. Illuſtr. quæſt., & Peucer. de Div. p. 30. cnnfer Nov. 7. c. 2. & præprimis Joan. Bod. de Rep. l. 4. c. 1. n. 366. & n. 390.* Siſtimus impræſentiarum Ro. Imperium, optimum, quod inevitabiles ac æternas temporum & rerum viciſsitudines docere poteſt, exemplum. Sanè verò ſcitè admodum iſtud Florus in ſuo Prol. tanquam hominem conſiderat, infantiam ejusdem in primis Regibus, in Conſulibus usq; ad Q. Fulvium COS. adoleſcentiam, virilem ætatem in illô tempore, quod inter imperium COS. Fulvii & Cæſ. Auguſti interceſsit, per 200. annos & ſuprà, conſpici ſcribens. *Senectutem vix benè ſatis deſcribere ipſe potuit. confer* Schönbornern *l. 5. Pol. c. 4.* Nos viſis ſuprà prioribus tribus Ro. Reip. temporibus jam ad decrepitam admodum ipſius devenimus ſenectutem. Quomodo verò tantopere idem decreverit hôc locô à me ſatis exponi neq; debet, neq; poteſt. Hoc certum eſt, vix quadrageſimam portionem veteris Monarchiæ modernas æquare poſſeſsiones, *uti obſervat Marquard. Freher. in not. ad Pet. de Andlo c. 18. in fin.* Ut ità meritò ſcribat Joan. Sleid. *de 4. S. I. l. 3.*, Rom. Imperium nihil aliud eſſe hodiernô die, quàm tenuem quandam magni corporis umbram. *poſteum. Dn. Myler. de Princip. Imp. R G p. 1. c. 7. num. 1.* Cui nihil olim de fuit, niſi

modi-

modicum Orientis, nunc nihil ſupereſt, niſi modicum Occidentis. *vi. poſt Gvalther. in Chronol. Eccleſia. Pol. in vi. Wenceslai Imp. ſub A. C. 1379. Dn. Reinkingk de R. S. & E. l. 1 claſſ. 2. c 8. n. 5.* Quod olim immenſum erat, hodie vix decem comprehendit circulos, Auſtriacum, Burgundicum, Electoriū Rhenanum, Saxonicum ſuperiorem, Francicum, Bavaricum, Svevicum, Rhenanum ſuperiorem, Weſtphalicum, & Saxonicum inferiorem. *vi. Henn. à Löwenthal, in Idea ju. publ. l. 2. c. 1 p. m. 331. & ſeq. ex Limn. l. 1. de I. P. c. 7. n. 20. & 21. & ſeqq. & Otto de I. P. c. 18. & Schönbornern. l. 5. Pol. c. 6.* Complures ditiones, regna, ac civitates ab Imperio avulſas enumerant ex Bodin. *l. 1. de Rep. c. 9.*, Marta *de juriſd. p. 1. c. 26.*, Zach. Vietor. *de Exempt. concluſ. 2.* & Paurm. *2. de juriſd. c. 4.* Dn. Reink. l. c. *c. 9. & Dn.* König *in Theatr. Pol. Tripar. p. 1. c. 14.* Nos ne nihil penitus de Imperii noſtri decrementô ſcribamus, pauca ſaltem ex fide dignis autoribus ſubjiciemus. Africa poſt Juſtinianum Vandalis prædæ ceſſit, *Marquard. Freher. l. c. l. 2. c. 20.* Hodie Turcis ac aliis barbaris paret: quamvis Hiſpaniarum Rex loca quædam munita mari adjacentia ibidem obtineat. *vi. Eberhard. Schulteſ. Geograph. l. 2. c. 3. par. ſpecial.* Aſia poſt Tiberii Imp. tempora Imperio Ro. à Turcis, Perſis, Moſcis, Tartaris & aliis populis ſubtracta jam tenetur. *Boter. l. 1. Coſmogr. par. 2. in deſcript. Aſ.* Perſiam, Arabiam, & Chaldæam Imperio Heraclius Tyrannus abripuit. *Petr. de Andlo de Imp. Ro. l. 1. c. 13. & Marſil. Patavin. de Transl. Imp. c. 3.* Gallia ſub Carolo M. nepotibus avelli jam cæpit, *Viet. l. c. concluſ. 21. & Cuja. 1. Feud. t. 1.* Italiæ maximam partem (*in quibusdam enim iſtius Regni provinciis juriſdictionis Imperialis adhuc veſtigia non obſcura exſtant*) iniquisſimus Papa iniquisſimô fictæ & omnino falſæ donationis Conſtantini M. *c. Conſtantinus Diſt. 96.* prætextu (*vi. Dn. Arum. Diſcur. Acad. de I. P. vol. 5. Diſcur. 2. c. 4. p. m. 61. & ſeq.*) ſibi vindicavit. *Dn.* König *l. c. n. 21.* Florentini tempore Honorii IIII. Pontif. à Rudolphô I. Imp. libertatem & privilegia 7000. Ducat. (alii 6000.) compararunt *Sigon. l. 20. de Regn. Ital., Corſet. Tract. de poteſt. Reg. q. 101. n. 68., Platina in vi. Honor.* Mediolanum Carolus V. emortuô Duce Mediolanenſi Hiſpanico Imperio propter filium Philippū adjeciſſe dicitur *à Dn.* König *l. c.* Urbs Veneta Carolo M. ſua accepta fert privilegia, quæ ſe vidiſſe ſcribit Alberic. *in l. cunctos: C. de*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6900-p0063-7

*C.de Sum.Trin.vi.Paurm.de jurisd.R.I.l.c.c.4.n.38.* Piſarum Dominatus 12000.aureorum Gambacurtæ veniit à Carolo IIII. *Marta l.c.c.33.n.308.* Alaricus profligatis à ſe hoſtib. absq; Cæſarum auxiliatrici manu ſibi ſuæq; poſteritati aſſeruit Hiſpaniam juxta *Gloſſ.in c.Hadrianus.Diſt.63., Oldrad.conſil.69., Vietor.l.c. quos citat Dn Reinb.*König *l.c.* Huic Regno cùm Maximilianus I. filiam unicam Ducis Burgundi Caroli Pugnacis in uxorem ſibi jungeret, per matrimonium acceſsit, Burgundia, Brabantia, Flandria, Hollandia,& aliæ provinciæ Belgicæ, quarum hodie ſeptendecim numerantur, ex quibus ſeptem ſui juris ſunt, & confœderatæ dicuntur, *vi.Commentar.de ſtatu confœd.provinc.Belg.c.1.p.m.1.,* acceſſerunt. *Hoc factum putat ex Cominæo Dn.Reink.l.c.n.27.A.C. 1477.d.18.Auguſti.* Britannia Innocentio III. Papæ tributaria facta, *Viet l.c., A.C 1212. ſecundùm Mart.l.c.c.26.num 39 vi.Blond.l.6.Dec.2.* Dania ab Ottone M. Imperio ſubjecta, *Adam.Bremenſ.l.1.c.2.quem Viet.l.c.allegat,* poſt Fridericum Barbaroſſam ab Imperio divertit, *Otto Friſ.l.7.Chron.c.19., Crantz.l.6.Dan.c.17.* Quanquam Holſatia Imperatori noſtro adhuc ſubſit, *Gail.de Arreſt.Imp.c.16.n.16.* Poloniæ, cujus Duci Boleslao regiæ dignitatis axiomata Ottonẽ III. contuliſſe ſcribunt *Peuc.l.4. Chron., & Alex.Gvagn.tom.1.rer. Pol.in vi.Boleslai,* Rex Lakoldus primus fuit, qui per artem Pontificiam coronam ab Imperatore Ro.ſumere recuſavit, & ſpretô Ludovicô Imp. eandem à Papa Joanne, *uti teſtantur Mart.l.c.n.46. & Bodin.l.c.,* popoſcit. Arelatenſe Regnum Philippus Valeſius ab Henricô V. emit, eiq; argenti pondo ducenta millia (*conſentientibus Imperii Ro.Ordinibus*) pretii nomine ſolvit, ſi fides *Bod.l.c.* Boruſſia ſub Carolo V. per Albertum Brandenburgicum, illius ditionis Ducem ad Sigiſmundum Poloniæ Regem pervenit; quæ poſtmodum denuo diviſa. *Chitr.l.1.Saxon.* Schönborner *l.5.c.7.* Livoniam ſub Ferdinando I. abſciſſam narrat Chitræ. *in præf.Sax.& l.20.* Et quis omnes ditiones atq; regiones hodie Imperio exemptas enumerare poterit? Quilibet, *mihi perſvadeo,* ex modò lectis jam benè ſatis intelligere, quàm vehementer ac miſerè deplumata ſit, quæ antea plus quàm plumata, Rom. aquila, non nequibit. Quanquam, ne quid diffitear, argumentum hoc de exemtionib. alio, quam vulgo fit, modo Cl.Conringius in Tractatu de Finib.

Imp.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6900-p0064-3

Imp. Germanici propoſuit, & partim, quę ex hiſtoriis referuntur, in dubium vocavit, partim jura Imperii vindicavit. Interim tamen, etiamſi exemtiones iſtas concedamus, nihil obſtat, quò minùs Imperium noſtrum adhuc rectè Ro. appellitetur. *Probant hoc Alberic. Gentil. l.1. de ju. bell. c.23., Otto de I. P. c.5. poſt Alciat. de formul. Ro. Imp., Anchor. conſil. 419., Heig. par. 1. q.2. n. 28. & ſeqq., Rumelin. ad A. B. Diſſert. 1. θ. 5., Limn. l.1. de I. P. c.4., Herm. Kirchn. de Rep. Diſp. 2. Coroll. 2. confer Grot. de I. B. & P. l.2. c.9. §.11. p.m. 208. & Dn. Reink. l.c. claſſ. 2. c.3. præprimis Dn. Dan. Otto. ap. Arum. Diſcur. Acad. vol.5. Diſcur. 2. c.5. p.m. 66.* Quicquid etiam Bodin. *in method. hiſt. c.7. & Franciſc. Irenic. l.3. c.9. in exegeſi Germaniæ, & P. Coſtalius Adverſ. par. 1. ad l. de quib. 32. ff. de LL.*, aliive in contrarium incautè proferant. Illi enim, *Wurmſ. Exerc. I.P. 1. θ. 10.*, qui propter Romã avulſam Imperium noſtrum Romanum dici poſſe negant, illud à murô ac ædificiis potiùs, quàm à dignitate, præeminentia, felicitate ac virtutibus deducere volunt. Non certô locô Imperium circumſcribitur. Ibi, ubi Imperator, Roma eſt. *confer Dn. Heig. l.c.* Hâc de causâ ipſi etiam Byzantini Principes *Rom.* titulo ſeſe nunquam abdicarunt, *veluti apparet ex l. 35. C. de inoff. teſt., Nov. 1. pr., proœm. I. & pl. Conſt. Juſt. vi. Dn. Freber. l.c. l.1. c.11.* Romanum Imperium quartam illam, de quâ Dan. *in c. 2. & 7.*, Monarchiam eſſe verum eſt per ea, quæ ſuprà diximus *in c. 4. ( vi. omnino D. Gottfridum Meiſnerum, Avunculum noſtrum jugiter nobis ætatem devenerandnm, in Diſcur. quod. de quatuor Mon. Witteb. olim edit. c.2. in fin. & c.3. q.1.)* Verum etiam eſt illud *Ro.* Imperium ad Germanos per Carolum & Ottonem M. Deo itâ jubente translatum eſſe, *vi quæ nos l. c.* Veriſſimum ergò, quòd non hodie tantùm, verùm etiam tam diu Romano Germaninco Imp. titulus Rom. debeatur, quàm diu duratura quarta à Daniele prædicta Monarchia. Atqui iſta minimè peritura eſt ante ſupremum mundi diem, *ceu monſtrat ex c. futuram 12. q. 1., Oſiand. in not. ad Dan. c. 2., Gerhard. loc. de Magiſtr. Pol c.3. ſect 3. n. 149., Waremund. ab* Ehrenberg *de fœder. c.2. n. 148. Cluten. in ſyllog. rer. quotid. concluſ. 1., & Beſold. de jurisd. Imp. Ro. c.3. Dn. Reink. d.l. claſſ. 2. c.1. n.3.* Sunt enim Chiliaſtarum ( *qui ſic dicti, quòd fore adhuc aliud univerſale Imperium, quod mille annos duratutum, docuerunt )* opiniones vaniſſima ſomnia. *uti & Anabaptiſtarum*

*rum ac Weigelianorum. vi. Dn. Beſold. ſynopſ. I. P. par. 2. c. 1.* Gerit inſuper Imp. Ro. inſignia, aquilam ſcil. *Dn.* König *l. c. c. 19. n. 11.* Aſt verò inſignium identitas oſtendit ejus eſſe rem, qui inſignia illa habet. *l. 1. C. de his quæ pœn. nom., l. 1. C. ut nemo priv.* & per ſignum cognoſcitur ſignatum, *l. quod ſi §. fin. ff. de peric. & comm. rei vend., l. ſtigmata. C. de Fabric.* Accedit, quòd Principes omnes univerſi orbis Chriſtiani (*quod nunquam credo fieret, illi niſi noſtrum Monarcham perpetuò Romanum judicarent*) Imperatori noſtro primas libentisſimè ubique utique cedant. Propterea præter Imp. noſtrum neminem clauſas coronas portare, annotat *Gvyon tom. 2. l. 3. c. 26.* Prius *ex Caſſiodor. 1. Var. 1. poſt alios, Joann. Dauth. contr. Epopſin. Bernard. Zieritz. de Princip. prærog. Georg.* Schönbornern *l. c. c. 6., Buxd. ad A. B. §. 29. lit. E.,* Dominus Beſoldus obtinet *de ſeſſion. prærogat. c. 2. n. 2. De fœdiſſimô hâc in re Bodini lapſu ſibi ipſi fœdiſſimè contradicentis conſule Dn. Beſold. Op. Pol. Diſſert. de Maj. in gen. c. 4. n. 4. vi. Bod. de Rep. l. 1. c. 8. n. 87. & c. 9. eod. l. n. 145.* Alios, quorum oculos tantum glaucoma, quo minùs veram Imperatoris noſtri majeſtatem perſpicere posſint, obſedit elegantiùs refellit Georg. Schönborner *l. c. c. 5.* Alciatum *in l. 1. §. veteres. ff. de acquir. poſſeſſ.* refutavit Zoannettus *de Ro. Imp. q. Num. hod. ſit Ro. Imp.* Etiamnunc ergò meritò de Imperiô noſtrô in Conſt. Imp. legitur, das Heilige Römiſche Reich Teutſcher Nation, & Imperatores moderni Romanorum Impp. in mandatis ſuis ſeſe meritò prædicant. *vi. prolixè diſputantem Illuſtrem Dn. Bœclerum in Diſcurſ. de S. R. Imperio. confer Dn. Beſold. Synopſ. I. P. par. 2. c. 1.* Præmittendis illis de Imperiô noſtrô præmisſis jam ejusdem quis omnino ſtatus ſit, quantum per propoſitum noſtrum licuerit, omni operâ nos indagaturi ſumus. Sed certè perdifficilis hîc JCtorum & Politicorum quorundam conflictus eſt, & tam variæ pugnantium dantur copiæ, ut, quibus nobis accedendum, vix videamus. Alii Reip. noſtræ ſtatum eſſe Ariſtrocraticum mordicùs defendunt. *Illi ſunt præprimis Bodin. c. 7. in meth. hiſt. & de Rep. l. 2. c. 1. & 6. ac paſſim., Tilem. vol. 1. Diſp. 2. §. 48. Kubach. cent. quæſt. Illuſtr. Dec. 1. q. ult., & Paurm. l. c. l. 2. c. 2. n. 9.* Alii prorſus Monarchicum *Vultej. in epiſt. dedic. comment. ad t. C. de Jurisd. Beſold. ſynopſ. I. P. d. c. 1. p. 2. ex Arum. Diſcur. Acad. vol. 1.*

*Diſc.*

*Diſc. 1. vi. Reink. l.c. claſs. 2. c. 2.* quem nonnemo, qui à Cellar. Pol. *l. 2. c. 2. n. 16.* citatur, in diſcurſu de ſtatus & adminiſtrationis Imperii Rom. formâ hodiernâ acriter defendere allaborat. Alii, Monarchicum eſſe, ſed adminiſtrationem habere Ariſtocraticam. *vi. Cothm. in C. l. 1. t. 1. q. 1. n. 10. cui accedere quodammodo videtur. Reink. l. c. n. 142.* Alii, planè ex Monarchiâ & Ariſtocratiâ miſtum eſſe. Sunt, *Dn. Daniel Otto ap. Arum. in Diſcur. Acad. vol. 5. Diſcur. 2. c. 7. p. m. 74. & quos ille ibidem allegat.*, *Clapmar. de A. R. l. 5. c. 20.*, *Beſold. claſs 1. Diſp. 8. n. 5.*, *Cluten. in ſyllog. rer. quotid.*, *Mat. Borti. in præcogn. jurisp. Germ. θ. 5.*, *Aut. diſp. de ju. Principat. θ. 10. & 11. Ant. Coler. de ju. Imp. Germ. θ. 30. & ſeqq.*, *Dieter. de ſumm. ſumm. Imp. pot. θ. 5.*, *Syring. de pace relig. θ. 14.*, *Bart. Keckerm. Diſp. Pract. ult. q. 12. junge* Schönborners *Pol. l. 1. c. 16.*, *Huraldum. l. 1. de Offic. Reip. c. 3.*, *Velſten. Decad. 7. θ. 6.*, *Crug. Colleg. Pol. Diſp 4. θ. 116. & ſeqq.*, *Carpz. de L. R. G. c. 13. ſect. 9. n. 10.*, *& Balthaſ. Cellar. l. c. c. 16. n. 24.* Miſtam eſſe Remp. noſtram docent, *Limn. J. P. tom. 1. l. 1. c. 10. & Arniſ. de Rep. l. 2. c. 6. ſect. 5.*, ſed ità, ut prædominetur Ariſtocratia. Nos, ut tribus ſaltem, quæ inferiùs aſſerturi ſumus, Reip. equidem noſtræ Monarchiam Ariſtocraticis conditionibus in quibusdam quodammodo temperatam eſſe, verùm, cùm à potiori denominatio fieri debeat, *l. quæritur. 10. ff. de ſta. hom.* & ſemper, quod magìs obtinet, ſpectetur, *l. 3. ff. de LL.*, digniusve ad ſe trahat minus dignum, *arg. §. ſi quis. I. de R. D.*, ſciſcitanti, quis Imperii noſtri ſtatus, Monarchicum eſſe rectè reſponderi, planè ſtatuimus. Et quidni? Præſertim cùm Imperator noſter non pauca jura majeſtatica ſine ullô Procerum conſiliô exerceat, & omnino graviora in noſtrô Imp., *Dn.* König *l. c. c. 20. n. 124.*, ſint, quæ Monarchiam, quàm quæ Ariſtocratiam, arguant. Debitum robur theſis noſtra ex ſuccinctâ & eorum jurium, quæ Cæſaris Ordinumq; communia, & eorum, quæ Cæſaris propria reputantur, ejusq; ſolius cognitioni ac autoritati reſervata, recenſione capere optimè poterit. Ità enim faciliùs accipiemus, quot nominibus Electorum, & Statuum jura, quæ Ariſtocratiam urgere videntur, Imperatoris noſtri majeſtas ſuperet. Diſſentientium à nobis argumenta confutare hâc diſſertatione nec volo, nec poſſum, quia nimis longum. *Arum. Diſcur. 1. vol. 1. de I. P. plurimis reſpondit.* Unicum illud moneo, quòd omnium

 arbitr-

abſurdiſſima eorum, qui cum Bodino faciunt, opinio ſit, & planè illius in cerebrô genita, quem

Bœotum in craſſo jurares aëre natum.

Rejiciuntur ab Ottone l. c. & ex parte à Cellar. poſt Crugerum & alios. Jura Imperatoris ac Ordinum communia (cõmunia ideò, quòd neq; ille horum ſine conſenſu, neq; hi ſine illius, ea uſurpant) dicuntur. I. BELLUM FACERE. *vi. Sixtin. de Regalib. l. 2. c. 1. n. 20. Arnold. Clapmar. de A. R. l. 1. c. 20. Melchior. Goldaſt. in Pol. Imp. par. 2., Heig. l. 1. qq. Ill. q. 12. n. 29.*, *Eli.* Schrödern *in Delin. ju. bell. concluſ. 2., Denaſt. in jure Cam. §. Cæſaris in Imperio eminentia, & ſeqq., Dn. Wurmſ. l. c. §. 9., Decret. pacific. Wormat. 1495. t.* Die Königliche Majeſtät in verb. auch ſollen wir und unſer Lieber Sohn Ertz-Hertzog Philippus, auch unſere Churfürſten/Fürſten/und Stände des Reichs/ohne wiſſen und Willen jährlicher Verſamlung keinen Krieg oder Fehde anfangen &c. *confer pacif. Carol. V. A. C. 1548. t.* Dieſer Landfried./ *Decret. pacif. Wormat. 1522. t.* Obgemeldete Ordnung. *confer artic. Caroli V. ap. Sleid. de ſta. Rel. l. 1.* Etenim falsò ſoli Imperatori Matth. Steph. *2. de juriſd. c. 1. memb. 2. n. 50.*, König *l. c. n. 6.*, & complures alii, jus belli & pacis tribuunt. Ad eam ſententiam ipſos duxit autoritas legum *Ro.*; ſed perquàm incongruè. Siquidem, *uti poſt Arniſ. l. c. n. 68. Dn. Beſold. Diſſert. de ſta. Reip. miſt. c. 2. n. 3. vult,* non ex jure Latinô, legibusq; Rom., ſed fundamentalibus hodierni Imperii ſanctionibus de poteſtate Cæſaris rationandum eſt. Cùm multum interſit inter id, quod fuit, & illud, quod nunc eſt, *l. 98. §. 8. de ſolutionib.*, atq; jus Ro. ratione, non imperiô nos liget, *Tilem. vol. 1. Diſp. 1. §. 34. confer eâ de re l. c. Paurm. 1. c. 6. n. 23., Beſold. Diſcur. de juriſd. Imp. Ro. c. 10., Coler. ſect. 1.* Nec quicquam, *Arniſ. l. c. n. 127.*, pro Stephanô facit t. 15. par. 2. Ordin., qui deſumptus eſt ex receſſ. Auguſt. 1555. §. Wo ſich aber. junct. §. Wo ſie aber. & §. So ferne ſich aber. ubi eſt, ſi quis ducat exercitum Imperatoris aut Regis *Rom.*, tranſitum illi non denegandum: quippe aliud conſcribere, aliud eſt conſcriptum ducere exercitum. II. FOEDERA PANGERE. *d. capitul. Caroli V. ap. Joan. Sleid. l. c., d. decret. pacif. Wormat. 1495. d. t. in verb.* Noch einig Bündnüs oder Einigung mit frembden Nationen oder Gewalten machen. &c. *conf. Conſt. Imp. Colon. A. C. 1512., Wormat. 1521., Norimb. 1522., quæ confirmatur in*

*comitiis*

comitiis Spirenſibus 1526., §. Zum andern. item in comit. Aug. 1530., in comit. Spir. 1542. § Vnd als wir auch. junct. §. ſeq. in comit. Aug. 1548. §. Derohalben wollen / & ali. eod. A. confirmata ibidem poſtea A. 1551. confer Thuan. l. 2. Hiſt. & Dn. Bened. Carpz. l. c. c. 6. ſect. 1. n. 21. ubi citat Alberic. Gentil, de ju. bell. l. 1. c. 3., Warem. ab Ehrenberg l. 1. de fœd. c. 2. n. 32., Andr. Gail. de pac. publ. c. 4. adi quoq; Schrad. de feud. par. 10 ſect. 7. n. 30. lege artic. 10. Capitulatio. Leopoldi. auffgericht zu Franckfurt A. 1658. Wir ſollen und wollen auch für uns ſelbſt / als erwehlter Röm. König / in des Reichshändeln keine Verbündnüs oder Einigung mit frembden Nationen / noch ſonſten im Reiche machen / wir haben denn zuvorhero der Churfürſten / Fürſten und Stände Bewilligung hierzu erlanget &c. III. LEGES GENERALES PER TOTUM IMP. VALITURAS CONDERE. Dn. Wurmſ. l. c. ex comm. clauſ. receß. Als haben wir uns mit denen Ständen / und ſie wiederumb ſich mit uns folgender maſſen verglichen. & ex Conſt. Frider. I. Imp. clauſ. de incendiar. actum Norimb. in præſentiâ Principum, conſiliô & conſenſu eorundem. Dn. Beſold. d. Diſcur. de ſta. Reip. miſt. d. n., ubi allegat Franciſc. Burckard. in der Freyſtellung. l. 3. c. 14., Lehm. l. 2. c. 124., Paurm. 2. c. 2. n. 50. &c., & Gerlac. Buxdorff. Diſſert. ad A. B. th. 6. Hinc etiam in nomen Reichs-Abſchiede hodiernæ leges tranſierunt. Matth. Steph. de jurisd. l. 2. par. 1. c. 1. membr. 2. Maximil. I. Imp. eaſdem vocat, ſeine und des Reichs Ordnungen / in Conſt. A. 1500. M. Sept. t. Daß der Hauptman. in fin. Liqueſcit, quod diximus, porrò quoq; ex illis Caroli IIII. in præf. A. B. (quam quidam minus ritè caput primum conſtituunt:) in ſolenni curiâ noſtrâ Norimbergenſi, aſſidentibus nobis omnibus Principibus &c. vi. Conſt. Caroli V. Wormat. 1521. præf. in fin., & in fin. ſubſcript. So haben wir mit einmüthigen Rath und Willen / auch Zugeben und Annehmen der Stände / allhier verſamlet beſchloſſen. Decret. Spir. de A. 1526., Decr. Auguſt. d. A. 1548. & 1551., multaq; alia. confer Joach. Clut. l. c. concl. 21., Anton. Coler. de ju. Imp. Germ. ſect. 18. & Joan. Limn. de ju. publ. l. 1. c. 10. n. 32. IIII. VECTIGALIA NOVA ERIGERE, VETERAQ; AUGERE. Henr. Bocer. de Regal. c. 2. n. 184., Paurm. l. 1. c. 4. n. 7. R. A. de ſt. 1576. §. Weiter ſind wir auch. Dn. Reink. de R. S. & E. l. 1. claſſ. 2. c. 2. n. 18. & n. 143., Beſold. l. c., Carpz. l. c. c. 8. n. 10. & ſeqq., eod. c. ſect. 2. n. 1., & ſect. 1. n. 13. & 14. ex Thom. Mich. (ipsô citante) de jurisd. concl. 11., Sixtin. de Regal. l. 1. c. 2. n. 43. & c. 4.

*n.29., Dieter.de ſum. Imp. pot. concl.139. Buxdorff. ad A.B. t.9. concl.91., Caſp. Glock. de contrib. concl.7., Heig. l.c. q.8. n.7. vi. artic.21. d. Capitul. Leopoldi Imp. in verb.* Wir ſollen und wollen auch &c. keinen Zoll von neuen geben/noch einige Alte erhöhen oder prorogiren laſſen/auch vor uns ſelbſten keinen auffrichten/erhöhen oder prorogiren, es ſeyn denn die benachbarten und intereſſirenten Stände/und dero erfodertes auch in gebührende conſideration ziehendes Gutachten vorhero darüber vernommen/und hernach aller und jeder ſieben Churfürſten Wiſſen und Willen zulaſſen/und CollegialRath mit einhelligem Schluß/alſo/ und dergeſtalt in dieſem Stück vorgangen/ daß keines Churfürſten Wiederrede oder diſſens dagegen. &c. V. HOSTEM PUBLICUM TOTIUS IMPERII ALIQVEM DECLARARE. *Ità ſvadent diſertiſſima d. Capitul. Leopold. artic. 28. verba:* Wir ſollen und wollen auch fürkommen und keines weges geſtatten/daß hinfüro jemand hohen oder niedern Standes/Churfürſt/Fürſt/Stand/oder anderer/ohne rechtmäſſige und genugſame Urſach/auch ungehört/und ohne Vorwiſſen/Rath und Bewilligung des Heil. Reichs Churfürſten/welche ſich des Wercks nicht theilhafftig gemacht/in die Acht und AberAcht gethan/gebracht oder erkläret/&c. Quàm magnum itaq; errorem errent, qui ſoli Imp. jus attribuunt imperialis banni, propoſita illa poſſunt oſtendere. *Sunt præcipui, Gail. l.1. de pa. publ. c.6. & 11., & l.2. obſerv.130. n.13., Heig. par.1. qq. Illuſt. q.9. n.43. ex* Landrecht *l.3. art.55. Sixtin. l.c. c.4. n 8., Piſtor. quæſt.26. par.1., Matth. Col. par.1. Deciſ.108. n.55., Paurm. de juriſd. Imp. Ro. l.2. c.6. n.228., Beſold. l.c. de ju. Maj. c.5. n.7. Reink. l.c. n.147. & ſeqq., Paul Matth. Wehner. Pract. Obſerv. in verb.* Acht. *p.m.5., Dauth. de teſtam. n.211., & Joan. Oldendorp. claß.1. Act.2. §. per bannum. Illis nuper acceſſit Dn. Becker. in ſynopſ. I.P. l.2. c.4. n.7. p.m.65. Dn. Carpz. de L.R.G. c.9. ſect.9. & 10. exemplis conſtabilivit theſin noſtram.* Ità Fridericus I. Sobieslaum, Bohemiæ Ducem, A.C. 1178., *Dubrav. l.13. Hiſt. Bohem. fol.105.*, & Henricum Leonem Bavariæ Ducem proſcripſit. *Spangenb. in Chron. Sax. c.332. A. 1180.* De Cunrado III., quomodo Henricum Superbum banno ſubjecerit, jam ſuprà circa fin. c. 4. retulimus. Ità publicô Principum & Ordinum conſenſu Otto IIII. Ottonem Wittelsbachium, Comitem Palatinum Rheni, ob parricidium in Philippo III. Imp. patratum, imperiali bannô affecit. *Cruſ. in Annal. Svevic. par.2. l.10.*

Eodem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6900-p0070-6

Eodem modô Ottonem alium etiam *Rheni* Palatinum, & Bavariæ Ducem, Fridericus II. Imp. A. 1228. *Aventin. in Annal Boj. l. 7.* Ceterùm banni in comitiis vel aliô m. decreti ſententiam ſolus Imp. & Camera Imp. exſecutioni mandat. *vid.* des Landfriedens *Wormat.* A. 1521. t. Die pœn aller Friedbrecher. & Receſſ. Aug. 1548. t. Die pœn der Friedbrecher. & t. Von pœn der überfahrer dieſer Ordnung. *Receſſ.* Aug. de A. 1555. Ordinat. Cam. par. 2. t. 9. §. So jemand. Differre itáq; mihi videntur bannô dignum aliquem judicare, & bannitum, vulgò dicitur, publicè proclamare aliquem ac pronunciare cum ſingulari ritu. Illud antecedens, hoc conſequens eſt. Illud & Status & Imp. poſſunt, hoc hic ſolus. Et credo ego, quòd non nulli autorum, dum Imperialem bannum ſoli Cæſari aſſcribunt, minùs rectè prius cum poſteriori, poſteriusq; cum priori confundant. VI. JUS RELIGIONIS ORDINANDÆ. *Arniſ. l. c. n. 131. ex Decr. Aug. A. 1555., Decret. ibid. 1530., Ratisbon. 1532. & 1541., Spiræ 1541., & 1544., Wormat. 1545., Aug. 1551., & Ratisp. 1557.* VII. AUREAM BULLAM LIMITARE. *Carpz. l. c. c 3. ſect. 3. n 5. & ſeqq. ex t. 12. §. 2. A. B.* Namq; nihil tam naturale eſt, quàm eod. modô aliquid diſſolvere, quô colligatum. *l. 35. ff. de R. I. Arum. Diſcur. 1. θ. 7. ad A. B.* Atqui conſilio, atq; conſenſu omnium Statuum erecta. *arg. pr. A. B. Receſſum* autem eſt jam ab A. B. in eô, quòd Elector Moguntinus, cui per t. 4. A. B. ultima in electione vox tributa, in Caroli V. denom. primam habuit. *vi. Joan. Sleid. de ſta. Rel. l. 2, Georg. Sabin. in hiſt. de Elect. & coronat. Caroli V., & Hartm. Maur. de Elect. Caroli V.* VIII. COMITIORUM TEMPUS ATQ. LOCUM DESTINARE. Militant hôc locô adverſùs Carpz. qui id ſolius eſſe Imperatoris affirmat *l. c. c. 5. ſect. 6. n. 19.*, expreſſa d. Capit. Leopoldi Imp. noſtri Auguſtiſſimi artic. 17. ibi: Und ſonderlich keinen Reichstag auſſerhalb des Reichs Teutſcher Nation / auch ehe und bevor wir dazu umb der ſieben Churfürſten Conſens und Verwilligung durch ſonderbare Schickung angehalten / und uns mit denenſelben ſo wohl der Zeit als Wahlſtatt wegen verglichen. &c. *confer Georg.* Schultzen *in ſynopſ. ju. feud. c. 7. n. 112. ubi hoc evincit ex Paurm. de jurisd. c. 2. n. 19., Matth. Steph. de jurisd. l. 2. p. 1. c. 1. n. 11., Decretô Ratisponenſi H. 1576. verb.* Als haben wir mit Rath und Beliebung &c., *decret. Aug. A. 1582. & communi epiſtolarum Imperatoris, quibus Satus ad comitia vocantur, formula:* Wenn denn ſampt uns des Heil. Reichs Churfürſten / nach

reiſſer

reiſſer ſtattlicher Erwegung unvermeidlich und unůmbgånglich zu ſeyn befunden/ einen allgemeinen Reichstag anzuſtellen/ dazu uns wohlgemeldete Churfůrſten einhellig ihren Conſens dem Herkommen gemåß unter Ihr Liebden Handſchrifft und Siegeln gegeben/die Beſtimmung des Tages heimgeſetzet/ und ſo viel die Wahlſtadt betrifft/ ihnen unſere und des Reichs Stadt N. umb erhebliche Urſachen gefallen laſſen.&c. VIII. COLLECTAS INDICERE. d. Capitul. d. a. ibi: Auch die von dem Reiche und deſſelben Stånden eingewilligte Steuer und Hůlffe. &c. X. JUS MONETANDI CONCEDERE. d. Capitul. artic. 34. Wir ſollen und wollen auch hinfůro ohne Vorwiſſen und abſonderliche Einwilligung und Conſens derer ſieben Churfůrſten/ niemand/ wes Standes oder Weſens der ſey/ mit Můnz-Freyheiten und Můnzſtåtten begaben und begnadigen. &c. XI. FEUDA, QVÆ VEL PER SORTEM NATURALEM, VEL ETIAM CIV., AD IMPERATOREM REDEUNT, CONFERRE. d. Capit. artic. 30. Wenn auch Lehen dem Reiche und uns bey Zeit unſerer Regierung/ durch Todesfall oder Verwirckung erőffnet/ und lediglich heimfallen werden/ ſo etwas merckliches ertragen/ als Fůrſtenthůme/ Graffſchafften/Stådte und dergleichen/ die ſollen und wollen wir ohne Vorwiſſen der ſieben Churfůrſten ferner niemand leihen/&c. Quæ in contrarium à quibusdam afferuntur, concinnè *Dn. Rumelin. ad A. B. Diſſert. 7. §. 12. p. 1. confutat.* XII. BONA IMPERII ABALIENARE, VEL ALIIS HYPOTHECÆ LOCO CONCEDERE. d. Capitul. art. 12. Zu deme und inſonderheit ſollen und wollen wir dem Heil. Rőmiſchen Reiche und deſſelben Zugehőrungen nicht allein ohne Wiſſen/ Willen und Zulaſſen gemeldeter Churfůrſten ſåmptlich nichts hingeben/ verſchreiben/verpfånden/verſetzen/&c. Et ſi quæ ſunt alia & Imperatori & Ordinibus unà exſequenda; ut dubia Cameræ Imperialis, (*cujus ſedes quæ primùm Francofurti, nunc Spiræ eſt. Hæc de cauſis matrimonialibus, & quæ fori Eccleſiaſtici ſunt, non cognoſcit. vi.* Schőnbornern *l. c. c. 20. Nulla etiã in ea accuſatio criminalis admittitur. Mynſ. 2. obſerv. 98. n. 8. & 5. obſerv. 52. Inſtituta eſt à Maximiliano Imp. I. A. 1495. vi.* R. A. zu Wormbs *eod. A.*) ac ſupplicationes ſuper pace religionis & publicâ, decidere, decreta viſitationum publicare, transferre Cameralem ſedem, acta in Camera revidere &c., quæ ſingula exprimit Dn. Beſoldus *l. c. Vultej. ad l. 1. C. de jurisd. n. 78.* CÆSARIS JURA PROPRIA SUNT I. MAXIMOS POST SE

MAGI-

MAGISTRATUS CREARE, REGES, PRINCIPES, &c. *Martin. Rumelin. Diſſer. Acad. A.B. th. 18. par. 1., Dn. Becker. l.c. n. 8. p.m. 67. poſt Arum. Diſcur. 1. vol. 1. de I.P. p.m. 7.* Teſtantur certè innumera ferme exempla. Recentiora Beck. affert exempla Baronis de Walſtein/ & Comitis de Hohenzollern/ qui Principes creati. *confer Petr. Fritz. de Nobilit. Concl. 4.* Ab Imperatore n. noſtro in Imperio omnes dignitates tanquam à fonte profluere cenſentur: *Sixtin. de Regal. l. 1. c. 4. n. 3., Gal. 1. obſerv. 30. n. 21., Grammat. deciſ. 46. n. 1., & Henn. Gæden. conſil. 3. n. 23. Jus illud prolixè Dn. Otto ap. Arum. vol. 5. Diſcur. 2. p.m. 119. & ſeq. declarat ex Roſenth. de feud. c. 2. concl. 2. n. 3. & c. 5. q. 3. Caſ. de feud. num. 6.* II. DE FEUDIS REGALEM DIGNITATEM ANNEXAM HABENTIBUS COGNOSCERE. vom Fahn-Lehen oder Scepter-Lehen. *vi.* Schultzen *in Synopſ. I.F. c. 7. n. 11. ex t. 5. A.B. verſ.* ausgenommen der Fürſten Fahn-Lehen/ denn derſelben Lehen Vergleichnüß behalten wir einem Käiſer und Römiſchen Könige. excluſâ prorſùs Camerâ Imp., *quod videre eſt in Receſſ. Imp. Wormat. An. 1521.* §. Ob auch Sachen fürfielen &c. ibi: Ob auch Sachen fürfielen Fürſtenthüme/ Hertzogthüme/ Graffſchafften &c. belanget/ ſo vom Reich zu Lehen rühren/ ſo einem Theil gäntzlich und endlich zugeſprochen werden ſollen/ derſelben Erkändtnüß wollen wir uns hierinnen auch fürbehalten haben. junct. Ordinat. Cam. p. 2. t. 7. rubr. Wie ümb Fürſtenthümer/ Graffſchafften &c. im Recht gehandelt ſoll werden. *Chriſtoph. Beſold. d. Synopſ. l.c. c. 2. ex t. 34. l. 2. Feud. & Reink. l. 1. claſſ. 4. c. 19.* Hoc jus adeò extendi ſcribit Beſold. ut locum etiam habeat, quamvis cum ipſo Imperatore Vaſallo lis intercedat, aut quando quæritur, an ea feuda fiſco Imperatorio ſint applicanda, de prohib. feud. alienat. per Frid. l. 2. Feud., eò, quòd ſummus Princeps in propria quoq; cauſa judicare posſit. *l. 3. ff. de his quæ in teſt. del., Marta de jurisd. p. 2. c. 35. n. 10.*, illasq; lites vicaria operâ dirimendas aulico plerumq; Conſilio demandare, *Roſenthal. notat de feud. c. 1. concl. n. 6.* Quæ in contrarium à quibusdam adducuntur, ad ſolùm Imperatorem non pertinere cognitionem regalium feudorum, probantia, prolixè rejiciuntur à Dn. Reinking. *l. c. ubi num. 3. ex multis Dd., ex Alciat. conſil. 26. num. 7. l. 6., Rol. à Vall. conſil. 22. num. 18. vol. 4., Surd. conſil. 152. n. 51., Zaſ. de Feud. par. 11. n. 6. verſ. quod & de aliis., Borcholt. c. 10. n. 3., Schrad de Feud. p. 10. ſect. 2. n. 66., Gail. 1. obſerv. 1. n. 31. & 32., obſ. 29. n. 7., Vult. de Feud. 14. th 1., Paurm. l. 2. c 4. n. 21., Petr. Denaſ. in ju. Cam. t. 141. § 1., Goldaſt. de ju. & ſucc. regni Boh. l. 1. c. 2. n. 6. & 7., Buxd. ad A.B. concl. 62., Thom. Mich. de jurisd. concl. 28., Engelbrecht. de jurisd. concl. 117. & ſeqq., & Coler. de ju. Imp. Ro. ſect. 23.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6900-p0073-3

Nota ſatis eſt cauſa Juliacenſis. Scil. cùm Ducatum Juliacenſem ſibi peteret Elector Saxoniæ, eôq; nomine actionem inſtitueret in aulâ Cæſarea, tunc Brandenb. Elector, & Neoburgenſis Palatinus regeſſerunt; more Imperii eſſe comprobatum, & ſublimitatem Principū etiam mereri, ut Imperator Pares Curiæ, h.e. alios ſtatûs parilis dignitatis cum litigantibus ſibi aſſociare teneatur. Jus illud vocarunt das Fürſten-Recht. *de quo vi. Beſold. de jurisd. Imp. Ro. q. 14.* Verùm rectiſſimè reſpondet Dn. Beſold. d. *Synopſ. d. l.*: illa, quæ Saxoni Brandeburgenſis repoſuit, & nullâ lege & nullâ conſvetudine firmata eſſe. Quòd n. Impp. Romano Germanici olim aliquoties Principes ad ejusmodi cauſarum dijudicationem aſſumpſiſſe leguntur, (vi. autor. der nothwendigen Erinnerungen contra informatorē Donavverdenſem. fol. 161., ibi: nichts weniger weis man/ daß in wichtigen Irrungen zwiſchen Churfürſten und Ständen/ ſo groſſer Conſequens ſeyn/ die Römiſchen Käiſer vorher und noch itziger Zeit/ als in der Churpfältziſchen Titul/ Jüliſcher ſucceſſion/ und Mülheimiſchen Bau &c.) ideo factum eſſe ſciendū eſt, quòd illi ferè nullos certos Conſiliarios habuerunt. Principes ergò tum temporis & alii ſtatus locum, quem hodie Cęſaris Conſiliarii aulici, obtinuerunt. *De illâ lite* des Fürſten Rechts *quædam habet poſt Dn. Limn. de I. P. l. 2. c. 9. n. 32. Dn. Nicol. Myler. de Princip. & ſtat Ro. Imper. c. 20. p. m. 171. ubi pro eô allegat Lehm. Chron. Spir. l. 2. c 9., Schrad. de Feud. p. 10. ſect. 2. n. 14 &c.* quibus contradicunt *Thom. Mich. l. c., Buxd. l. c., Reink. l. c. 1. Carpz. de L. R. G. c. 9. ſect. 12. n. 27. & Juſt.* Schütz *de Vicar. Imp. concluſ. 14.* Certiſſimum eſt. Irreconciliabilis pene pugna autorum eſt in cauſa des Fürſten Rechts. Prodiit peculiaris de noſtrâ quęſtione non omnino dudum integer tractatus, cujus autor in eam quoq; decurrit ſententiam, (*quam Dn. Arum. Diſcur. Acad. de I. P. vol. 1. Diſcur. 11. citat*) daß nemlich der Käiſer von ſolchen controverſiis und Streiten nicht allein/ ſondern mit Zuziehung Parium Curiæ der Chur- und Fürſten erkennen und judiciren ſoll. Illius rationibus, ùt & aliorum, accuratiſſimè & acutè, quod ſolet, Dn. Arum. l. c. reſpondet. Indigniſſimum certè eſt illud argumentum, quô præprimis illi nituntur. Magnæ cauſę, *inquiunt*, magnos requirunt judices, *ex l. non diſtinguemus. § de liberali. ff. de recept. arbitr., l. jamdudum. C. ubi cau. ſta. agi deb*: cùm verò Electores ac Principes Imperii in Imperio poſt Imperatorem maximi & præcipui Imperatoris conſiliarii ſint, *vi. artic. 17. Capitul. Ferd. III.* æqvum reputari poterit, ſi Imperii Principes coram

ram quoq; Principibus conveniri queant. Quaſi v. ullus Principum major aut nobilior Imperatore noſtro detur. *l.12.C. de legib. & conſt. Princip.vi.omnino Dn.Arum.l.c. & th.24. Diſcur.17.eod. vol.,* & *vol.5.Diſcurſ.2.c.11.p.m.126.* Et jus illud Imperatoris non tantùm de ſolo poſſeſſorio,ſed petitorio quoq; intelligendum eſſe,docet Dn. Becker. l. c.Probat hoc quoq; Dn.Myler.l.1.n.14. Non obſtat,quod dicit Ferdinandus in d.t.7.Ord.Cam.par.2.,ſo einem Theil gänßlich und endlich ſoll abgeſprochen werden. Quod quidã ad ſola petitoria trahunt. Sed certè textus iſte cùm indiſtinctè loquatur, indiſtinctè etiam accipiendus eſt,uti benè monet Dn.Beck. ex Caſp. Leopoldo *de concurr. Idiot q.5.*; & dicta verba gäntzlich und endlich non ad materiam ipſam, ſed judicii qualitatem, & ſententiæ definitionem poſtremam, referenda ſunt. *Cubach.ap.Arum.de I.P.vol.4. Diſc.31. Item idem Beck.* dictum Imp.illud jus in omnibus etiam im̃ediatis feudis, licèt minùs regalibus,locum habere,penitus adſtruit,cujusrationes videſis l.c. Quid juris,ſi non de integro Ducatu &c.,ſed certa ejusd.parte controverſia exiſtat,breviter declarat *Dn.Myler.l.c.n.15.* III.CONTROVERSIAS PRÆCEDENTIÆ INTER STATUS IMPERII VERTENTES DECIDERE. *Ità obtinet contra diſſ Limn.de I.P.l. 2. c.9.n.91. motum autoritate* R.A. *de A.1550.t.* Wie die Jrrungen der ſeſſionen, ac R.A.d.A.1576.§.Wenn denn die Churfürſten/ *Dn.Myler. addit. ad th.12. Diſſer.1.par.3.Rumel.ad A.B.* Apparet ex R.A.d.A.1570. §. Zum letzten. ibi,unſer Erkändtniß erwarten.ex R.A.d.A.1594.§ Letzlich. *vi.Schrader. Conſil.4.n.303.,Bertram.de Comit.th.67. Ità Carolus V. ,pergit Nicolaus Myler.l.c.,haſce Principum controverſias decidit.Arum.de Comit. c.7. n. 102.,Nolden de nobilit.c.19.n.65.& ſeqq.,Maſtrill.de Magiſtr.l.4.c.14.n.63. Carp.de L.R.G.c.10.ſect.7.n 41.qui n.42. & ſeqq. ,ſæpe Imperialem deciſionem effectu deſtitui aſſerit.* IIII. PRÆSENTARE CANONICUM, QVEM COLLEGIUM RECIPERE DEBET, IN OMNIBUS ECCLESIIS CATHEDRALIBUS ATQVE MONASTERIIS PER UNIVERSUM IMPERIUM. *vi.Dn.Carpzov.l.c.c.11.ſect.15.n. 21.ubi hanc in rem allegat Tob.Paurm.l.1.de jurisd.Imp.R.c.4.n.42.,Lancellot.in templ. omn.jud.l.1.c.2.§.3.num.16.,Thom.Michael.de jurisd.concl.13.,Marquard. Freher.not.ad Petr.de Andlo l.2.c.6.,Regnev.Sixtin.de Regal.l.1. c.2.n.56., Reſtaur.Caſtald.de Imp.q.100.n.14.,Specul.in t.de præb §.reſtat.n.7.* Quod jus non ex indultu aut privilegio Papali, prout opinatur Andr. Gail.*2. obſerv.155.*, ſed ex præeminentia ſuperioritatis,adeoq; pro-

 prio

prio ac regio nomine Imp.debetur, *juxta Dn.Carpz.l.c.n.22.* V.UNIVERSALEM IN TOTO IMPERIO JURISDICTIONEM HABERE, ET IN CAUSIS,ET PERSONIS UNIVERSIS. Hoc deducit Dn. Carpz.*l.c.c.9 ſect.10.n.13.ex Jacob.Menoch.l.2.præſ.4.n.14.& ſeq.,Parm.l. c.4.num. 20.& ſeqq. Carol. Tap in rubr. de Conſt.Princ.c.4.num.11. confer Dn.Wurmſ.l.c.Anton.Fab.in conſult de Ducat.Montisferrat.pro Duce Sabaud.par.1.p.40.,Andr.Gail.de pa.publ.c.11.& 2.obſ.56.,Covarr.3.Var. Reſol.n.6.,Vasq.controverſ.c.5.,Lancellot.l.c.c.1.§.1.& §.4.,Zach.Viet.de Exempt Imp.concl.1.,& Nicol.Everh.Jun.conſil.7.n.20.& ſeqq.,junct.conſil.41.n.8.arg.A.B.t.2.circa med. &* R.A.zu Augſpurg.§.und dieweil wir nun.VI.CONCEDERE ACADEMIAS ERIGENDI JUS AC STUDIA UNIVERSALIA. *Dn.Dan.Otto ap.Arum.vol.5.Diſcur.2.c.24.ex Zaſ par.5.Feud.n.14.Ferrar.Montan.l.2.Feud.c.1.& l.5.c.7.Claud.Seyſell. ſpecul.feud.t.Qui feud.dar.poſſ.,Nic Mozz.de nat.feud.n.24., Pruckm. ad rubr.quæ ſint Regal.,c.3.n 2.,Schneidew.de feud.par.2 n.28., Ordin.Cam. p.1.t.3.§.*desgleichen/*&c.confer Anton.de Petr.de poteſt.Princ.c.13.n.34., Herm.Kirchn.de Rep.Diſp.2.coroll.4., & Roſenthal.de feud.c.5.concl.2.* VII.GENERALE RELIGIONIS CONCILIUM HABERE. Hoc Arniſ.l.c.n.132.ad reſervata Impp.refert.Recipit Carolus V.,*inquit*, promotionem generalis concilii Decret.Norinb.1524.§.als auch vielgedacht.in præfat.interim.& Principes ſupplices à Cæſareâ Majeſtate expetunt,ut concilium generale indici procurare velit,in Comit. Spir.An.1526.§.und ernſtlich & A.1529.§.und anfänglich.quaſi poteſtatem indicendi concilia, quæ ipſi jure communi competit exemplo primorum Impp.ſoli Cæſari integram relictam velint. VIII.NUNDINAS UNIVERSALES CONCEDERE. *Joan.Azor.Inſtit.Moral.l. 10.c.7.par.2.tom.2.*Ità Fridericus II. nundinas antea Moguntinæ habitas Francofortum transtulit.*Goldaſt.tom.3.Conſt.Imp.1.Cruſ.l.5.c.7. p.3.Annal.Svev.vi.Dn.Myl.add.ad Rumel.Diſſert.3.par.3.th.18.ad A.B.ubi quàmplurimos autores eô de regali allegat.vi.Dn.Beck.l.c.n.20.ex Matt. Steph.de jurisd.l.2.p.1.c.1.memb.2.n.98.,Sixtin.de Regal.l.1.c 6.n 31., Gail. 2.obſerv 69.n.24.25.*Quanquam,id quod l. c. Beckerus notat,Imperator haut facilè inauditis vicinis civitatibus conferre ſoleat ejusmodi nundinas; *id quod Regn.Sixtin.l.c.in aula Imperatoris obſervaſſe ſeſe teſtatur.vi.Gail.l.c.*VIIII.STAPULAS ERIGENDI FACULTATEM CONCEDERE, SIVE EMPORIA, Staff- oder Stapel-gerechtigkeit/ freye Niederlage; ità ut vectores novas vias quærere haut poſſint.

*Dn.*

*Dn.Beck.l.c.n.18.ex Maul.de ju.conduct t.3.n.21., Conſ.Marp.vol.2.conſ.62. qu.4.5.& Dn.Beſold.Theſaur.Pract.verb.*Staffel-Gerechtigkeit.*vi.Wehn. Obſerv. Pract. in verb.* Staffel-Recht. p.m. 449. ibi: in Rheno fluviô ſeynd unterſchiedliche Staffeln/*ubi multa leges.* NB. Staffel-Güter diſtinguuntur von Meßgütern/ſo nicht ſtaffelbahr &c. Ej9modi privilegiô gaudent Colonienſes, Moguntini, & Spirenſes. Quàm accuratè privilegiati ità jus ſuum tutentur, diſco ex Spirenſium quâdam actione, quam Paul. Matth. Wehn. refert l.c. Videlicet cùm aliquando Elector Palatinus Rheni Ann. 1575. in Oppenheim ejuscemodi jura der Staffel-Freyheit cæpiſſet uſurpare, ipſi ſtatim Spirenſes obtentô mandatô Cæſaris aliquô pœnali ſine clauſula inhibuerunt. *vi. Gylm. to.2.Symph.par.3 t.18 fol.338.* Marckrecht aliud eſt, quod nullô m. cum Staffel-Recht confundi debet. X. JUS CIVITATIS CONCEDERE etiam ad reſervata Imperatoria referunt communiter. Nemini n. absq; Cæſaris conſenſu, ad minimum tacitô, *Valaſ.in l. Imperium. de jurisd.n.73.*, civitatis conſtituendæ jus eſſe volunt: & eâ non interveniente conſtituta, nec civitas, nec jura habere civitatis putatur. *Innocent.in cap. Eccleſiarum n.1.de offic.ordin.* Ità Fridericum I. Imp. Caſalenſibus jus civitatis habendæ dediſſe, ſcribit *Natta conſ.636.n.100.vi. Wehner l.c.in verb.* Stadt-Recht / ubi deferendi illud jus annumerat denen Käiſerlichen reſervaten und Käiſerlicher Hoheit. Maximil. I. Imp. A.C. 1514. ità reſcripſit Alberto, Comiti Mansfeldico, qui vico cuidã prope Islebium jus civitatis dare volebat: Weñ nun dir noch jemand anders nicht geziemet/ Stadt-Recht oder anders/das der hohen Obrigkeit ohne beſondere Erlaubnüß aufzurichten/ſo empfehlen/&c. *Thom. Michael de jurisd.th.12.lit.C.vi.Obrecht.de Regal.th.190.confer Arum Diſc.2.vol.5.* Et ſi quæ alia ſunt, quæ inter reſervata Imperatoria ab auctoribus referuntur v.e. ſumma Imperii Prætoria inſtituere, *vi.Dn. Beck. l.c.n.9. multa doctiſſimè differentem*; univerſales poſtas inſtituere, *multa Reink. l.c.ex Mich.de jurisd.concl.12., Sixtin.de Regal.l.2 c.13.n.42.* Principum ac Imp. ſtatuum poſtæ, ad differ. der Reichs-Poſten/ dicuntur Landpoſten; totaliter famæ reſtituere per univerſum Imper., *Roſenth.de feud.c.5. concl.2 n 4.ex C.de ſent.paſſ., Bod.1.de Rep.c.10., Thom.Mich.l.c.concl.11., Sixtin.l.1.c.2.n.20., Gail.de P.P.l.2.c.19.confer c.2.par.2. Beſold.Synopſ.I.P.* creare Comites Palatinos, Doctores, &c. *vi. Arum. Diſc. 2. vol.5. &c.* Jam ad ſtatum. Liqueſcit ergò ex dictis meis, quot paraſangis à ſtatu merè Ariſtocraticô noſter Reip. modernus diſtet ſtatus, & quàm

prope potiùs Monarchico idem accedat. Status Ariſtocrat. comu-
niter definitur, quòd ſit nihil aliud, quàm paucorũ, ex æquô poten-
tia & gubernatio. *Arum. Diſc. Acad. de I. P. vol. 1. Diſc. 1. ex Bod. l. 2. de Rep.*
*c. 1., & Clapmar. l. 5. A. R. c. 20., & Melch. Jun quæſt. pol. 1.* Æqualemne ergò
cum Imperatore noſtrô Imp. habent Ordines potentiam? Eâdemne
cum eôdem iidem autoritate pollent? Sanè v. tantum abeſt, ut ſibi
tantum Status Imp. arrogent, ut potiùs Cæſaris (quem Dominũ ſuum
Clementiſſimum utiq; vocant, unſer aller gnädigſter Herr. R. A. zu
Augſpurg. de An. 1525. ibi: unſer aller gnädigſter Herr.) ſubditos, & hu-
millimos obſervatores in literis ad Cæſaream Majeſtatẽ datis ipſos
ſeſe appellitent. E. Käiſ. Maj. unterthäniger *N. vi. Hortled* in Reichs-
handlung. *l. 4. c. 7. n. 34., Syring. de p. relig. concl. 14., Sixtin. l. 1. de Regal. c. 4.*
*n. 8. vi. omnino Dn. Myl. de Princ. & Stat. Imp. c. 93. per tot.* Hinc toties o-
mnium Ordinum obedientiæ atq; ſubjectionis vox in Receſſibus
legitur, ùt & aliis in literis ac ſupplicationibus, quas illi Imperato-
ri mittunt. Conſt. d. A. 1521. t. Handhabung des Frieden. §. darauff befeh-
len. ibi: bey Gehorſamb. & in ead. t. welcher ümb Friedbruchs willen. §.
und darauff. R. A. zu Regenſpurg. 1530. §. und vernen. ibi: und mit unſe-
rer Gehorſamen Churfürſten/&c. gemeinem zeitigen Rath. &c. R. A. zu
Wormbs 1521. §. und die weil wir. ibi: und zu unterthänigen Gefallen/&c.
R. A. 1564. §. haben ſie. ibi: uns zu aller unthänigſten Gehorſamb. item in
aliâ Conſt. eod. a. § darauff auch. / R. A. 1566. §. wiewol denn. ibi: uns zu
aller unterthänigſten Gehorſamb eingelaſſen. / R. A. zu Wormbs. 1521. rubr.
Ordnung des Landfriedens. §. und darauff befehlen wir allen und jeden ob-
geſchriebenen. ibi: bey den Eyden und Pflichten/die ihr uns von des Reichs
wegen inſonderheit gethan/und bey dem Gehorſamb/den ihr uns/als Rö-
miſchen Käiſer ſchuldig ſeyed/&c. Hinc omnes Imperatori fidelitatem
jurant, quod apparet ex formula homagii, quod exhibet Ware-
mun. ab Ehrenberg *de fœder. l. 2. c. 1.* dem Röm. Käiſer und dem Reiche
treue/hold/und gehorſamb zu ſeyn. *vi. Andr. Gail. de Areſt. c. 7. n. 11., Gœdd.*
*in Reſp. de Baron. Vallend. n. 479. vi. Rusdorff. in Vind. Palat. c. 23. n. 28. &*
*quos Dn. Myl. l. c. affert c. 92., qui formulam juramenti maximam partẽ ex-*
*primunt, Sigon l. 7. de Reg. Ital. & Limn. de I. P. c. 7. l. 4. n. 36. & 27.* Quomo-
do juramentum præſtetur, exponit Dn. Myl. eod. l. n. 5. Si in privato
Imperatoris conclavi fidelitas juratur, præſertim per Procuratorẽ,
tactô librô N. Teſtamenti, & additô oſculô gladii peragitur ſacrum.
Fit etiã devotè, humiliter, cum debitâ reverentiâ, capite nudato, de-
poſi-

poſitis armis, ac auff den Knien/ *ex gl. c. ux. §. fœminam. 2 feud. 3. Zaſ. de feud par. 7. n. 13, Schrad. par. 6. c. 1. n. 19. & Limn. d. c. 7. n. 37.* Quod obſervatur, *pergit Dn Myler,* ſive coram Imperatore, ſive coram Conſilio aulico, ſive in propria perſona, ſive per Procuratorẽ feudi recognitio petatur. *vi. Roſenth. de feud. c. 5. concl. 13., Muſcul. de ſucceſſ. membr. 1., Beſold. de appellat. c. n. 20., & Diſſert. Pol. de ju. Maj. c. 9. n. 3., Otto in Diſc. de maj Imp. & Imperat. p. 39., & Gail. l. 1. O. 30. & Dn. Carpz. de L. R. G. c. 1. ſect. 1. ſect. 8. n. 11.* Præterea, quot nominibus Cæſari ſinguli Reip. noſtræ Ordines ſubſint, apparet quoq; ex mandatis, quibus Imperator omnibꝰ Imperii Statibus indiſtinctè, & quidem ex plenitudine poteſtatis (*id quod Monarchæ eſſe vel ipſe Bedinus, iniquiſſimus iſte Monarchiæ noſtræ deriſor, l. 2. de Rep. c. 2., judicat*) imperat. Ut pauca, unam ſaltẽ Conſtit. ob oculos ponemꝰ noſtros, ex qua, quod ego ſtatuo, clariſimum fiet. Eſt itáq; d. de A. 1521. Ordnung des Landfriedens zu Wormbs. in pr. ibi: Entbieten allen und jeglichen/ unſern und des Heil. Reichs Churfürſten/ Fürſten/Prælaten/Graffen/&c. unſern und des Reichs Unterthanen/&c. in ead. t. Handhabung des Friedens. §. Darauff befehlen wir allen und jeden obgeſchriebenen/euch auch hiemit aus Röm. Käyſ. Macht/bey den &c. und bey dem Gehorſam/ den ihr uns als Römiſchen Käyſer ſchuldig ſeyet/ auch bey Verluſt aller Gnade/Privilegien/und Rechten/ſo ihr von uns/und dem Heil. Reiche/ oder ſonſten habet/ ernſtiglich und feſtiglich gebietend/ daß ihr dieſen obgeſchriebenen Frieden/und unſer Gebot/&c. vi. R. A. zu Speyer. 1529. t. Mandat wider die Wiedertäuffer. §. Deßgleichẽ. R. A. 1530. §. Und dieweil. ibi: Demnach gebieten wir von Röm. Käyſ. Macht und Vollkomenheit/Churfürſten/Fürſten/&c. & circa fin. als lieb einem jeden ſey/unſere und des Reichs Ungnade. &c. R. A. 1542. & R. A. 1567. quinimò imperat omnibꝰ Imp. ſub certâ interdum ac denominatâ pœnâ. Reform. guter Policey zu Augſpurg. de. A. 1530. t. Von theuern zehren bey denen Wirthen. §. Und damit. ibi: ſo gebieten wir allen Churfürſten &c. alles bey pœn zweyer Marck lödiges Goldes. &c. ſub pœna amisſionis privilegiorum ac omnium dignitatum, uti ſuprà in d. R. A. 1521. item banni, R. A. 1542. zu Speyer. §. Würde ſich aber. &c. amisſionis vitæ, R. A. zu Speyer 1548. §. Damit aber nicht. Jam igitur, poſtquã evici, Imp. in Imperio omnibus majorem eſſe ac potentiorem, brevisſimè argumentor. In quacunq; Rep. datur unus, cui ſeſe omnes ſubmittunt, quẽ omnes Dominum ſuũ appellant, cui hominium omnes præſtant &c. de illâ nemo ſanus Statum prædicare poteſt Ariſtocraticum, multò

minùs

minùs Democraticum, ſed omnino Monarchicum. Atqui de noſtro Imperio illud verum eſt, per ea, quæ nos hactenus. E. Quòd v. Imperatoris noſtri in quibusdam quodammodo poteſtas eſt reſtricta, propterea, Monarchiam noſtram in quibusdã eſſe conditionibus Ariſtocraticis temperatam, nos dicimus. At n., *inquies*, cur non potiùs, Statum Ro. Reip. Ariſtocraticum eſſe, qui Monarchicis conditionib9 in quibusdã temperatus, ſtatuis? Præſertim cùm tam multa jura majeſtatica ſint, quorum ſeriem ſuprà vidimus, quæ nequaquam ſolus uſurpat Imperator. Sed ſcias, nimis adverſum eſſe Ariſtocratiæ, uni jurare fidelitatem, uni in plurimis parere, &c. Etſi in quibusdã juribus Imperator cum Imperii Statib. concurrit, facit hic illud, non ut par, ſed ut membrum præcipuum, & ferè caput, als des Heil. Röm. Reichs Oberhaupt. A.B. t.2. R.A. 1566. §. Demnach R.A. 1533. §. Dergleichen wir./ ibi: als Römiſchen Käyſer und Haupt./ R.A. 1545. §. Alſo und dermaſſen. ibi: daß wir als das Haupt. *vi. Tiber. Decian. reſp. 19. n. 128. vol. 7.* Sanè in comitiis ſolus Imp. deliberationis capitula proponit. R.A. 1564. §. Haben ſie. R.A. 1566. § Als wir nun. *vi. Chriſtoph. Lehm. in Chron. Spir. l.2. c.37., Paurm. de jurisd. l.2. c.2. n.31.* Ex quô ipsô, *quemadmodum monet Dn. Reink. l.c. l.1. claß. 2. c. 2. n. 118.*, prædominantis in Imperiô noſtrô Monarchiæ argumentum immotum ſumitur. Huc pertinerent objectiones Bodini, Paurmeiſteri, Limnæi &c. quibus ingeniũ ſingulare ſuum & notitiam ſuam Statûs Germanici perfectisſimam multùm oſtentare ſatagunt: verùm cùm Dn. Arum. *per t. Diſcur. 1. Acad. vol. 1. & Daniel Otto ap. eund. vol. 5. Diſcurſ. 2., & Dn.* Liebenthal *Exerc. Pol. 8. q. 1., & Baltaſ. Cellar. l.2. Pol. c. 4. & 6. poſt Dn. Reinh.* Königen/ *&c.*, dudum ſingulis vires adeò præſciderint atq; attenuaverint, ut nunquam reſurgere posſint, meritô hôc ego locô ad illos Dd., ne actum agã, memet prorſùs refero. Longè quidem, fateor cum Jac. Lampad., ſive abruptior, ſive conciſior tractatio fuit mea, quàm & materiæ ſublimitas deſiderare videtur & amplitudo: ſed juſta rei ac fuſior exſecutio in prolixum, qui meæ ſortis homini quàm minime convenit, comentarium exitura Academici exercitii modum indecenter atq; incongruè benè planè exceſſura foret. Ergò ſtet littore puppis. Eſto nunc cum DEO cujus immenſam clementiam in initiô humillimè imploravi, hîcq; labore abſolutô piè collaudo, hæc ultima linea, & ſupremus

*FINIS.*

## Errata.

*Lege p.3. lin.22. legum* pro legem, *p.6 lin.18. Clapmar.* pro Clopmar., *p.9. lin. ult. quinquaginta* pro quinquenginta, *p.11. lin.19.* pro O. 1. *O.I.*, *p.12. lin.21. Tholoſ. l.6.* pro l.4., *p.13. lin.15. c.2.* pro c.1., *p.14. lin.28. l.1. c.9.* pro c.c., *p.15. lin.1. minùs* pro item., *p.19. lin.26. Rom.8.* pro Rom.B., *p.23. lin.9.* adjice poſt evincit ea: *Quamvis eâ poteſtate ab initio ſolâ pl. coërcere poſſent, Patritios non item. p.24. lin.6. lege Al.G.* pro Al.C. & *lin.14. Lex ſu.* pro Lex Ju., & *lin.30.* pro l.t. *l.1.*, *p.27. conſtituendæ* pro conſtituenda, *p.32. lin.28. rigorosè* pro rigerosè., *p.33. lin.18. multum* pro parum., *p.35. lin.14. n.377.* pro 357., *p.36. lin.5. Tiberium* pro Teberium. *p.41. lin.7. & 8.* pro Eodem M. *eodem m.*, *p.44. lin.30. quibusdam* pro uibusdam., & *lin.34. I. de* pro l.d. *p.47. lin.15.* pro Conradus *Cunradus.* & *lin.28.* pro Conrado *Cunrado.* *p.48. lin.13. Cunradi* pro Conradi., & *lin.21. ſolium* pro ſolum. *p 51. lin.31. taceo in brevitatis* pro taceo brevitatis., *p.54. lin.19. d.l.* pro D.l., *p.58. lin.4. Exarchum* pro Exarcham. & *lin.6. multos* pro multas. *p.61. exheredavit* pro exhæredavit. *p.75. lin.6. l.c.* pro l.1. & *l.33.* pro Regnev. *Regner.*, *p.76. lin.4. Paurm. l.c.* pro Parm.l. & *l.28. c.2.* pro c.7. *p.77. lin.24.* Obrigkeit *adjice* anhanger. *p.78. lin.18.* pro vernen meynen. & *lin.32.* pro 27.37., *p.79. lin.1. uv.* pro ux. & *lin.6. c.2. n. pro c.n.* & *l.11. Bodinus* pro Bediuus.

QK IIk 307

VD17

M 15

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6900-p0082-3

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HALLE (SAALE)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-6900-p0083-8